

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Friedrich König Theodor Röling

**Summa Controversiarum Papalium D. Joh. Hoornbeek Prof. Leyd. Antithesi  
Bellarmini & Argumentis Ac Censuris Orthod. illustrata & emendata**

Rostochi[i]: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740039687>


Druck Freier  Zugang



R u. Nutz 1664

Johann Friedrich König/B

Rudolf Rockling



(8)

S U M M A  
CONTROVERSIARUM PAPALIUM  
D. JOH. HOORNBEEK Prof. Leyd.  
ANTITHESI BELLARMINI & ARGUMENTIS  
AC CENSURIS ORTHOD.

illustrata & emendata

*quam*

SS. Triade adjuvante & consentiente  
Ven. Facult. Theol. Acad. Rost.


P R A E S I D E

Dn. D: JOHANNE FRIDERICO König / Prof.  
Theologo Primario, Consistorii Ducalis Asses-  
sore, & Superintendente  
Mecklenburgico.

Die VI. Febr. publicè in Aud. Maj. horis antem. defendet

THEODORUS RÖLINGIUS,  
Westphalus.

Rostochi Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.  
Anno 1664.



Fg

# V I R I

Summè Reverendi & Excellentissimi

DN. HERMANNE SCHUCKMAN, Doct. &  
quondam Prof. Theologiæ in hac Univ. ut &  
Theol. Fac. Senior & Consist. Ducal. assessor, nunc Se-  
reniss. Princ. DN. GUSTAVI ADOLPHI &c. à Con-  
cionibus Aulicis & Consiliis sanctoribus Primarie.

DN. JOHANNES QVISTORPI, Doct. &  
Theol. Prof. Publ. Facult. Theol. Senior  
& Ecclesiæ Cath. Pastor.

DN. JOHANNES CHRISTOPHORE OT-  
TONIS, Doct. & quondam Prof. Theol.  
in hac Acad. nunc Stadensium

Past. Primarie.

DN. CHRISTIANE KORTHOLT, Theol.  
Doctor ac Profess. in hac Acad. Publice.

## F A U T O R E S   O P T I M I

## P R A E C E P T O R E S   D I L E C T I

Cum dissertationem hanc meditarer, in mente mihi erat il-  
lus Salomonis הלכיס בחרם שום מקום שהנחלים Cum itaq. studia mea non solum The-  
ologica sed & reliqua quantula illa sunt vestris caris  
debeant originē eorundem fructus ad vos ultrō propera-  
bant. Suscipe eosdem illo affectu, quo me, quamvis indi-  
gnum, semper dignati estis. Si statuario opus suum pla-  
cat, non poterit vobis displicere opus manuum vestra-  
rum. Esto igitur hoc qualecumq. exercitium Academie  
cum perenni observanīa specimen.

Vestri

Obsequiosi

THEODORI RÖLINGI.



LECTORI BENEVOLO  
EXERCITII HUJUS PRÆSES  
S. D.

**N**onendus es LECTOR, quæstionum sequentium seriem, numerum & contextum non nostrum sed HOORNBEEKII, Doctoris Batavi esse, in libro quem *Summam Controversiarum* inscripsit. Quæstionibus ab hoc nudo modo affirmativæ modo negativæ notatis signo, RESPONDENS, opusculi hujus author, rationes, prout edocetus olim erat à Præceptoribus orthodoxis, adjecit. Plenius sæpè proponi debebat ab HOORNBEEKIO controversiæ status: & ubiq; id monuisset *Noster Ille*, si iter, cui accinctus hactenus fuit, aut etiam instituti ratio, prolixiores curas admisissent. Notatus tamen non raro fuit summæ illius Author, ubi scilicet vel conspirare per sectæ suæ principia cum Romanensibus, vel per horum latus orthodoxos pugisse deprehensus est. Reformati verò Doctoris

ctoris methodo insistere voluit hāc vice RE-  
SPONDENS, non quod accuratiorem controveriarum Papæarum recensionem è Nostratum scriptis haurire non potuerit; sed ut esset occasio inquirendi de jactato tantopere à Reformatis sui cum Nostris in oppugnandis Pontificijs consensu. Nec caruēre successu hāc molimina: Calvinismum namq; & Papismū in fundamento fidei convellendo operas socia-  
re, huj; ipsius materiæ tractatione maiorem in modum confirmatus fuit.

Cæterū laudandi omnino sunt Præstan-  
tissimi Juvenis conatus, ut cui non disfluere otio, aut quod multi agunt hodiè, cruda in sug-  
gestum propellere studia, sed id quod ex ali-  
orum informatione residuum erat temporis,  
optimarum literarum, & solidioris Theologiae  
impendere studio, atq; in auditorijs quā publi-  
cis, quā privatis, frequentissimis eruditio-  
nis atq; industriæ haud vulgaris speciminibus Præ-  
ceptorum æquè ac commilitonum gratiam &  
amorem sibi conciliare volupe fuerit: Virtu-  
tum Reginâ, pietate & morum infucatâ probi-  
tate haud posthabit, ne illud Salvatoris posset  
objici: *quomodo potestis bene loqui, quium sitis ma- li?* Prosperet porrò sanctissimum Numen O-  
ptimi Juvenis labores, nosq; omnes in veritate  
servet! VERBUM EJUS EST VERITAS.

I. N. J.

I. N. J.

I.

**A** Nnon S. Scriptura ad ædificationem Ecclesiæ nunc sit omnino necessaria?

Aff: Contra Robert. Card. Bellarm: lib: 4. de verbo DEI non Scripto, c. 4. Tom: i. Edit: Col: anno 1615. in Fol..

Quia cœstantibus revelationibus divinis doctrinæ cœlestis puritas sine eâ à malitia mundi, perulantia ingenij humani & insidjus Diaboli farta tecta haberin non potest. vid: 2. Pet: I. v. 19. 21.

**I**I. Num S. scriptura omnem suam auctoritatem apud nos obtineat ex auctoritate & testimonio Ecclesiæ Romanæ?

Neg: Contra Bell: lib: 2. de Sacramentis c. 25. Tom: 3. & lib: 2. de Concil. c. 12. T. 2.

Quia (1) Ecclesiæ universalis auctoritas minor est auctoritate Scripturæ de se & authore suo efficaciter testantis. (2) Ecclesiæ hodiernæ Romanæ particularis authoritas ob errores in fide fundamentales admodum exigua, & testimonium ejus ob defectum à testimonio antiquitatis fallax est. vid: controv: seq:

**I**II. Num illi libri, quos Papistæ juxta Concilium Tridentinum (Sessione 4. 5. Aprilis, anno 1546.) præter illos, quos ecclesiæ Protestantium, & Israeliticæ olim, pro canoniceis S. scripturæ (strictè dictis) habuerunt; putâ, liber sapientiae, Judith, tertius & quartus Ezræ, Baruch, Epistola Jeremie, libri Macchabæorum, fragmenta Estheris & Danielis, ut in vulgata editione Papistica leguntur, sint S. Canonici?

Neg. cont. Concil. Trid. loc. cit. & Bellarm. I. 1. de verb. DEI c. 4. seqq. T. r. Notandum autem 1. male ab Hoornb. Tobiam & Ecclesiasticum ut & numeros 1. 2. ad lib. Machab. omitti. Tobias enim & Ecclesiasticus à dicto concilio & ejus defensore Bell. recipiuntur & Tertius ac Quartus Mach. reiciuntur. 2. male 3. & 4. Ezræ catal. lib. S. à Conc. Trid. receptorū inferi, in cit. n. less. non reperiuntur.

Quia (1) Illos nec Judaica (teste Josepho lib. 1. contra Appionem) neq; Christiana (teste Melitone Sardensi, apud Eusebium lib: 4. hist: Eccles: c. 26. & non diffitentibus Bellar: l. 1. de Verbo DEI c. 10. & Becan. Man: controv: l. 1. c. 1. qu. 1. pro verè canonicis habuit. (2) post Malachia Prophetarum ultimi tempora spiritu & sermone non propheticō scripti sunt. (3) Mendose in vulgata editione pa-

pistica leguntur, vid: concil: Laodicense, receptum cum omnibus canonibus suis ab Adriano Papa ( teste Gratiano dist: 16. c. Sextam Synodus ) in quo haec nostra de canone V. T. orthodoxia confirmatur.

IV. Num universa Salutis doctrina quæ ad religionem seu fidem & mores est necessaria non continetur in S. Scripturis; sed præterea sit verbum DEI non Scriptum seu traditiones de rebus necessarijs, divinæ & apostolicæ, ore tenus ab ipso Christo & Apostolis acceptæ, & in Ecclesia continua successione servatæ, quas pari pietatis affectu & reverentia, cum S. Scripturæ suscipio poteat & venerari?

Neg. Contra Bell. lib. 4. de verbo DEI non scripto c 3. Tom. 1. Quia (1) Scriptura ad omnes actus, ad procurandam æternam hominum salutem necessarios, ita utilis est, ut possit Episcopum perfectum reddere &c. 2. Tim. 3. v. 15. 16. 17. (2) traditiones pontificiæ adeò incertæ sunt, ut quas pro divinis & apostolicis venditant, reverà tales esse certæ & firmiter ostendere non possint. Irenæus l. 3. aduersus Hæreses, c. 2. p. 130. Edit. Paris 1639. de Hæreticis dicit: *Cum ex Scripturis arguantur, in accusationem convertuntur ipsarum Scripturarum, quasi non recte habeant, negantur ex autoritate, & quia varie sint dictæ & quia non posse ex his inveniri veritas ab his qui nesciant traditionem.*

V. An S. Scripturæ lectio semper omnibus concedenda quin imo injungenda?

Aff. contra Bell. lib. 2. de verbo DEI, c. 16. Tom. 1. Quia omnibus promiscue hominibus auditus & scrutinium ejus injungitur Deut: 31. v. 12. Joh. 5. v. 39.

Q. ideoq; (1) an oporteat & expedit sacram Scripturam in linguis vernaculae usui cunctorum hominum transferre?

Aff. contra Bellar. lib. 2. de verbo DEI c. 15. Tom. 1. Operat; quia DEUS in suo testamento ab hæreditate cœlesti in eo legatæ neminem absolutè exclusit Marc. 16. v. 15. 2. Pet. 3. v. 6. Expedit; quia promiscue omnes sermoni propheticō attendentēs recte facere dicuntur. Ps. 1. v. 2. 2. Pet. 1. v. 19 Claudio Espenæus Theol. Paris, digres. §. ad c. 2 Titi p. 518. Edit. Paris. 1619. ait: *Quam non potui non eos semper mirari, quibus hodiè tam pestilens & capitale videtur (universale S. scriptura scrutinium) quod veteres con-*

tra,

tra, ut adeo salutare toties commendant: tam nunguam in ea fui sententia, ut Idiotæ aut mulierculæ, addo Clerici etiam & Monachi omnes omnia indifferenter Biblia legerent.

Q. (2) An dogmata religionis necessaria in S. Scriptura hominibus perspicue tradantur? Vel: Anne ea, quæ ad doctrinam fidei & morum pertinent, verbis ita claris & perspicuis, si non in singulis tamen in aliquibus scripturæ locis sint proposta, ut à quolibet, qui lingua in qua scripturam legit gnarus est & animum habet non imbutum præconceptis opinionibus, facile intelligi possint?

Aff: Contra Bellar: lib: 3, de verbo DEI c. 2. Tom. 1.

Quia est Lumen & Lucerna mentem audientis vel legentis illuminans Ps. 119. v. 105. 2. Pet. 1. v. 19. 20. Eleganter Laëntius Firmianus lib: 6. de vero cultu. c. 21. ait: Num igitur DEUS & MENTIS & VOCIS & Linguae artifex diserte loqui non potest? Imò verò summa providentia carere fuso voluit ea, quæ divina sunt; ut omnes intelligerent, quæ ipse omnibus loquebatur. Conf. August. l. 2. de doctr. Christ. c. 6. &c. 9. vi. Num latina Vulgata Editio Papistica, sola sit authentica (Non Hebræa V. vel Græca N. T.) & in rebus fidei, Hebræa Græcaeque præferenda adeo ut eam nemo quovis prætextu audeat rejicere?

Neg. Contra Session. 4. Concil. Trid. Bellar. lib. 2. de verbo DEI c. 11. Tom. 1. & lib. de Gratia primi hominis cap. 12. § ult.

Quia (1) omne Instrumentum publicum in ea tantum lingua est authenticum, in qua originaliter scriptum. (2) Textus Authenticus (h. e. qui habet autoritatem summam in probanda veritate & refutanda falsitate) deber habere authorē Ἰερόνυμον (3) quod sciat multis solæcismis & errorib⁹ id potest examinari, corrigi & rejici. vid: Rom: correct. in latinis Bibl. edit. vulg. jussu Sixti V. recognitas, confer cum versione vulgata Fontem, vel etiam Versionem Ariæ montani & observa ab eo in præfat: hujus versionis ex Augustino & Hieron. notata; ut & ingenuam Sixti Senensis l. 8. Bibl. Sanctæ, p. 854. colum. A. B. C. de virtutis vulgatae editionis confessionem.

Nota. Fontes, Hebræum & Græcum, non esse corruptos, ut vult Mel. Can⁹ Episcopus fortunatarum Insularum l. 2. loc. Theol. c. 13. 14. edit. Col. 1574, &c. Constat ex DEI circa libros sacros & authenticum. eorum textum providentiā, Judæorum religione & Christianorum vigilantiā, vid: Matth. 5. v. 18. 1. Pet. 1. v. 23. & conf. ex Pontif. inter alios

alios ipsum Bellar. l. 2. de verbo DEI cap. 2. Tom. I. ubi Canum refutat & veritate victus fateri cogitur: Non tanti momenti esse ejusmodi errores, ut in iis quæ ad fidem & bonos mores pertinent scripturæ S. integritas desideretur.

VII. Num Judicium controversiarum theologicarum infallibile alligatum sit & hæreat solum apud Papam, aut Concilium ejus Papisticum, vel Ecclesiam Romano-Papalem: A cujus autoritate omnes debeant petere S. Scripturæ certissimam interpretationem necessariò sequendam?

Neg. Contra Bellar. lib. 3. de verbo DEI c. 3. T. 1. & lib. 2. de Concil. c. 15. 17. Tom. 2.

Quia (1) Pape Rom. concilia Papistica & Ecclesia Romano-Papalis multiplicititer errant & errarunt, vid. infr. controv. 55. 56. & 69. (2) Si Papa Romanus, ut jactant & credunt Pontificii, est infallibilis; Cur non omnes controversias quæ vigent in claustris & Scholis pontificiis definiendo componit? Cur Interpretes Scripturæ & controversiarum apud Pontificios scriptores cum in rebus dubiis non consulunt? Cur tories à Pontifici interpretationibus & definitionib⁹ discordant? Recte igitur ait F. Alphonlus de Castro Minorita lib. 1. advers. Hæreses c. 4. Non credo aliquem esse adeo impudentem papa assentatorē ut ei tribuere hoc velit, ut nec errare, aut in interpretatione scripturarū hallucinari posse. (3) Hinc certa & tuta est interpretatio quæ ab orthodoxis ex scrutinio textus authentici, consideratione antecedentium & consequentium, collatione locorum parallelorum & observatione analogiæ fidei. &c. In timore Domini eruitur, vide ex nostris Beatum Franzium in aureo lib. de interpret. script.

An verò Supremus & infallibilis controversiarum theologicarum Judex sit solus Spiritus S. in Scriptura?

Affir. Contra Bellar. loco cit. & Jesuitas Bavarios in Colloq. Ratisb.

Quia DEUS in & per Scripturam nobiscum loquens nulli nisi sibi & verbo suo ultimum & infallibile de rebus fidei judicium tribuit, vid. Es. 8. v. 19. 20. Matth. 17. v. 5. Johan. 12. v. 48; Philipp. 3. v. 15. seq. & conf. Theodoret. l. 1. Hist. Eccl. c. 7.

Nota: Nos soli DEO in Scriptura loquenti judicium de rebus fidei ultimum & infallibile tribuimus; Eccl. Ministræ potestatem publicè

blicè & ordinariè loca Scripturæ obscuriora explicandi & de rebus fidei judicandi ministerialem concedimus ; *Laicos* privatam eorum, quæ audiverunt & legerunt ad normam S. Scripturæ donis patioriæ & diangorū juxta Philipp. 1. v. 10. 1. Cor. 10. v. 15. 1. Joh. 4. v. 1. permittimus.

**IIX.** Num, quia S. Scriptura religionis omnis est regula perfectissima & sufficientissima ac sola ; Ideo in argumentatione theologica ex S. Scriptura nullus ratiocinationi, discursui, interpretationi, formandis consequentis, aut commentationi relinquatur locus ?

Neg. Contra Gonterium Jesuitam in colloq. Durlacensi anno 1613. Inter duos serenissimos Principes habitum, eodemq; anno Typis Johan. Volmari editum, Arnoldum, Veronium, Nieuwsum & horum sectatores.

Quia horum instrumentorum usus Scripturæ adæquatam perfectionem non tollit, nec ipsa Scriptura horum donorum DEI ministerium respuit, neq; nostri Theologi unquam omnia fidei Christianæ dogmata in scriptura totidem verbis, ut in Ecclesiis nostris proponuntur extare, docuerunt. Cum abuso principiorum rationis Calvinistico nihil nobis est commercii.

**IX.** Num DEUS prædestinavit homines ad vitam æternam propter prævisa illorum bona opera & merita ?

Neg. Contra Scholast. & Pontificios Palagianizantes. vid. Beccan. p. 1. Theol. Schol. c. 14. q. 4 Bellarminus quidem orthodoxis hac in parte ὁμόψηφος videri vult, dum lib. 2. de gratia & libero arbitrio. c. 10. Tom. 4. prolixe contendit prædestinationis divinæ nullam rationem ex parte nostri assignari posse. Sed cap. 14. prodit errorem quando ait : Electionem, ut est intentio dandi gloriam excludere quidem operum prævisionem, at ut est dispositio executionis, & quasi executio in mente divina præ exigere eandem &c. De qua distinct. quid sentendum, alibi forte dicetur. Nostrum jam est negativæ supra positæ rationem dare, quæ uno verbo hæc est.

Quod Scriptura ea expresse ab intentione & executione decreti divini de electione hominum ad vitam æternam excludit, 2. Tim. 1. v. 9. 10. Rom. 11. v. 5. & 6.

**Nota 4:** Princeps ratio, ob quam Calviniani questionis hujus negativam tueruntur, est, quod Electio absolute sit, utpote facta citra intuitum rationis alicujus moventis prædestinatione prioris. Ita ex suo Maccovio ipse se explicat Hoornbeekius in Instit. Theolog. pag. 163. Quo ipso etiam fidei & meriti Christi præfatio excluditur. Vid. etiam Wendelin, Theolog. sua lib. i. c. 2. pag. 166. ubi dogma Evangelicorum de prævisione fidei & errorem Pontificiorum de prævisione meritorum humanorum in pari censu habet, atq; jisdem argumentis arietare conatur. Cloppenburgius etiam utramq; partem Pelagianismi ex æquo inculcat in exerc. super loc. com. Theol. disp. 2. de Elect. sect. 2. §. 8. cum Calvinianis hac in Controversia convenienter ex pontificis Jansenista, à Cornelio Jantieno Episcopo Ypresi sic dicti. quæ indicasse sufficerit hac vice.

**x.** An DEUS providentia sua vi influat in ipsas causas secundas etiam liberas eas ad actum movendo & determinando?

Affirm. Author, sed male, nam stante hac assertione non potest DEUS Ter O. M. à causalitate peccati liberari, nec voluntatis libertas salvari, quod oī Gēō suo tempore in *Summa errorum Calvinianorum* probatum dabitur.

**xii.** Num Justitia originalis in primo homine fuerit supranaturalis, data ad domandam carnis contra Spiritum concupiscentis pugnam naturalem, seu ad humanæ naturæ defectum, morbum aut languorem corrigendum?

Neg: Contra Bellar: Lib. de gratia primi hominis c. 5. Tom. 4. Quia (1) Imago divina in primo homine subjectivè, perfectivè & transitivè naturalis fuit. (2) pugna carnis contra Spiritum est peccatum Rom. 7. v. 7. Galat. 5. v. 16. 17. Ideoq; in homine, qui bonus & rectus conditus erat (Gen. 1. v. 31. Eccles. 7. v. 30.) non potuit habere locum.

**xiii.** Num sit aliquod peccatum naturâ suâ non mortale?

Neg. Contra Bellar. lib. 1. de amiss. grat. & statu peccati c. 3. & Beccanum part. 2. Theol. Schol. tract. 2. c. 2. q. 1. §. 2. Quia omne peccatum est aroq; per se & naturâ suâ mortalis Deut. 27. v. 26. 1. Joh. 3. v. 4. Jacobi 2. v. 10.

**xiv.** Num hominis arbitrium in statu peccati ita sit liberum in utramq;

eramq; partem, ut etiam ad bonum religionis indifferens, ac ex se-  
potens sit?

Neg. Contra Concil. Trident, can. 4. & 5. Sess. 6. & Bellarm  
lib. 5. de gratia & lib. arb. c. 9. & lib. 6. c. 15. Tom. 4.

Quia homo post lapsum est in peccatis mortuus Ephes. 2. v. 1. & 5.  
& ad omne bonum Spirituale ex se planè ineptus 2. Cor. 3. v. 5.  
xiv. Num. Maria immunis fuerit ab omni peccato vel originali vel  
actuali?

Neg. Contra Concil. Trid. Sess. 5. c. 5. Bellarm. lib. 4. de amiss.  
gratia & statu peccati , c. 15. Tom. 4.

Quia (1) S. Script. omnes homines excepto solo Christo peccato  
infectos esse dicit. Rom. 5. 12. Hebr. 7. v. 26. (2) Omnes sancti, qui in  
eius rei mentione incidere, uno ore asseverarunt, beatam virginem in pecca-  
to originali conceptam, dicente & probante Cano. l. 7. loc. theol. c. 1. §. San  
cti namq; omnes & c. 3. n. 9. (3) Mortem, quæ juxta Paulum Rom.  
6. v. 23. Stipendium peccati est, ex necessitate naturæ sustinuit.  
*Catholica Ecclesia* ( inquit Baronius ad ann. 48. n. 4. Epitome  
Spond. Parisiis 1613. excut. ) Nullam de ejus (Beatæ virginis Mariæ)  
obitu dubitationem admittens, quam novit humanæ fuisse naturæ, hu-  
manam pariter moriendi necessitatem expertam affirmat. Adde actu-  
ales infirmitates & defectus à Chrysostomo & aliis veteribus ei tri-  
butos, quos recenset Sixtus Senensis l. 5. Bibl. Sanctæ annot. 104.  
& l. 6. annot. 58. 13. 8. & 185.

*Nota:* Quomodo de immunitate Mariæ à peccato Franciscanis  
affirmativam, Dominicanis negativam tuerintur in ipso concil.  
Trid. dimicatum sit, refert Pet. Suavis Polon⁹ in hist. Con. Trid. l. 2. p. 199.  
xv. Num Christi anima statim ab ejus ortu perfectè beata & omni  
scientiæ repleta fuerit?

Negat Author More Calvin, simpliciter contra Scholasticos in  
lib. 3. Sentent. dist. 13. & specialiter contra Canum l. 12.  
loc. Theol. c. 13. fol. m. 440. seqq. Bellar. lib. 4. de Christia-  
nima c. 1. seqq. T. 1. Tanner. T. 4. Theol. Schol. D. 1. q. 5. dub.  
4. pag. 329. seqq. asserentem, Animam Christi ab initio crea-  
tionis suæ fuisse beatam & in beatifica DEI visione positam.

Nos quantum attinet ad beatitudinem Christi, animæ ejus etiam in-  
statu exinanitionis competentem R. Animam Christi quidem statim

ab existentia sua initio, multis modis beatam fuisse; & quidem  
(1) ratione ~~avocatio~~ ex miraculosa illa spiritus S. obumbratio-  
ne redundantis. (2) ob elevationem in infinitam ~~longe~~  
(3) ob communicatam cum tota Deitatis plenitudine ipsam infinitam beatitudinem. (4) ob beatificem DEI visionis usurpationem particularem. Negamus tamen Christum hominem durante exinanitione visionem illam actu universali & continto, tamq; glorioso ut post exaltationem usum fuisse: Pugnant siquidem plenissima DEI visio & profundissima exinanitio Philip. 2. v. 6. 7. 8. Hebr. 2. v. 9.  
Quoad alterum, Scientiam nempe animae Christi, distinguimus  
(1) inter scientiam hominis Christi divinam & habitualem; (2) dicimus (~~a~~) contra Calvin. & Pontif. realem idiomatum divinorum communicationem negantes: Christum ut hominem ab unione personali semper habuisse divinam filii DEI scientiam quoad actum primum Coloss. 2. v. 3. (3) contra solos Pontificos: Christum ut hominem in statu exinanitionis revera creuisse sapientiam, & quedam actu secundo ignorasse Luc. 2. v. 40. § 2. Marc. 13. v. 32.

xvi. An Christus sit mediator & mediatoris officium exerceat secundum utramq; naturam Divinam & humanam?

Affirm. Contra Bellar. lib. 5. de Christo c. 1. Tom. 1.

Quia mortem nec solus DEUS sentire, nec solus homo superare potuit, ut eleganter ait Faustus lib. 1. de gratia DEI c. 1. tom. 4. Biblioth. patrum col. 699. vid. 1. Joh. 1. v. 7. Hebr. 2. v. 14. & confer. in tomo. Concil. Sev. Binii Col. Agrip. 1618. edit. acta Synodi Chalcedon. Tom. 2. p. 1. ubi contra Nestorium & Eutychem eorumq; sectatores hæc regula Leonis 1. Papæ in Epist. ad Flav. approbatur: *Utrumq; natura in Christo agit cum communicatione alterius quod cuiusq; naturæ proprium est.*

Num verò solum secundum Naturam humanam?

Neg. Contra Bellar. lib. cit. c. 5. §. unde

Quia satis factio pro offensâ in infinitum DEUM infinita, Non potuit sine virtute infinitâ fieri Ps. 49. v. 8. 9. Galat. 4. v. 4. 1. Joh. 3. v. 8. Rectè igitur Augustin. Homil. de oibis c. 12. Tom. 9. operum part. 2. in octav. Lugdunis 163. edit. *Divinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine divinitate non est mediatrix, sed inter divinitatem solam & humanitatem solam mediatrix humana divinitas, & divina humanitas Christi.*

xvii. An Christus in anima etiam immediatè passus sit?

Clariūs: An Christus ante & præter mortem corporalem seu temporalem in anima senserit spiritualem & æternam mortem peccatis nostris debitam ratione sc. intensionis?

Affirm. contra Bellar. lib. 4. de anima Christi c. 8. Tom. I.

Quia (1) Incurrit in eum pena omnium nostrum̄ Esaiæ 53. v. 6. (2) Pro nobis is factus est maledictio, Gal. 3. v. 13. (3) Ob peccata nostra illi imputata à DEO derelictus est, Matth. 27. v. 46. Addē quod Maldonatus ad Matth 26. v. 38. illud Psalmis in Ps. 116. v. 3. Circumderunt me funes mortis, & augustie inferni invenerunt me, de persona Christi patientis intelligat.

xix. Num Christus pro omnium & singulorum hominum peccatis indifferenter mortuus sit?

Negat Author hic & in Justit. c. 9. de Christo, th. 22. pag. 324. sed male,

Quia S. Scriptura expresse contrarium docet i. Tim. 2. v. 6. i. Joh. 2. v. 2.

*Nota:* Nondum ab ullo Calviniano unquam evictum est vocem *Mundus* in Scriptura solos electos denotare. (2) Bellarm. lib. 2. de Grat. & lib. Arbit. cap. 8. §. Secundò quia, afferens: *Deum absoluta voluntate velle salvare multos, tūm parvulos, tūm adulitos, & absoluta voluntate alios non velle salvare tūm parvulos tūm adulitos.* Simul cum Calvinianis afferere tenetur: Efficaciam mortis Christi non esse universalem.

xix. Num Christi anima à morte, localiter descendit ad inferos ut ibi annunciatet fidelibus V. T. in limbo aliquo hactenus detentis, completam redemptions illosq; indè secum educeret?

Negat Author contra Bellarm. lib. 4. de anima Christi c. 15. 16. Tom. I.

Continetur autem in hac ab Hoornbeek proposita quæstione triplex falsum. Falsum enim (1) Christum anima sua solum descendisse ad inferos: Falsum (2) descendisse localiter, vocem localiter de modo, non de termino ad quem nō icilicet inferni sumendo: Falsum (3) descendisse in limbum &c. sed nec Hoornbeekius sanus cum suis hic est: Negant enim descendisse Christum ad inferos realiter & propriè comminiscentes saltim de scensum metaphoricum vid:

Hoornb. in Inst. Theol. c. 9. th. 25. pag. 331. seq. Nostrarium doctrinam est (1) Christum ad inferos seu πένετος damnatorum descendisse propriè & realiter juxta effata Scripturæ Ephel. 4. v. 9. 1. Pet. 3. v. 19. & Symboll. Apostolici & Athanasiani. (2.) Descendisse οὐαὶ ἡγεμῶν των οἰνθέντων tota substantia humanitatis suæ adeoq; anima & corpore simul 1. Pet. 3. v. 18. & quidem (3) ea fini ut Spiritibus damnatis tanquam triumphator gloriose insultaret, ac hostibus infernali bus victorem se ostenderet. 1. Pet. 3. v. 18. 19. 20. Coloss. 2. v. 15.

xx. Num gratia ad salutem sufficiens omnibus & quibusvis hominibus universaliter detur?

Negat Author hic & in Institut. c. 10. de vocatione hominis ad salutem th. 4. pag. 343.

Notandum autem esse inter Pontificios non levem dissensionem circa gratiæ universalitatem, quibusdam eamnegantibus, aljis affirmantibus, vide è nostris D.P. Roberum in confliktu Jesuitarum rigidiorum, Calvinientium cum mollioribus veritati palmam cedentibus in arduo prædestinationis articulo pag. 5. 7. seqq. E. Reformati Chamier Panstratiæ Tom. 3. lib. 2. c. 6. pag. 104. Ipse Bellar. sibi non constat, videtur enim Tomi. 3. lib. 2. de grat. c. 5. statuere & probare: Gratiam ad salutem sufficientem pro loco & tempore omnibus dari, quem in finem etiam dicta Scriptura universalitatem gratiæ adstruentia allegat, atq; expresse addit, ea non debere ad electos restringi & cap. 3. ait. DEUM velle omnes salvos fieri voluntate antecedente; Sed hanc opponit voluntati beneplaciti, ut ex proximè antecedentibus verbis patet, confer eundem c. 8. §. 2dō quia; & §. 3dō. Non; Item c. 16. ab initio. Nostra sententia est: DEUM voluntate beneplaciti, sed antecedente (termino in orthodoxo sensu accepto) serio omnes & singulos velle salvos fieri per media ex DEI ordinatione & sincerissima intentione semper sufficientia, semper efficacia Ezech. 33. v. 11. 1. Tim. 2. v. 4. 2. Pet. 3. v. 9. Quod autem non omnes salvi fiant, id ex ipsorum hominum voluntaria & evitabilis malitia esse. Proverb. 1. v. 24. Matth. 23. v. 37. Os. 13. v. 9.

xxi An gratiæ convertentis efficacia veniat ex natura & vi gratiæ hominem actu convertentis? Num vero pendeat ex hominis co-operatione & voluntate; In cuius arbitrio hæreat illam gratiam vel admittere vel repellere?

Prius

Prius affir. Author hic & in Inst. c. 10. de voc. hom. ad salutem.   
θ. 6. Intelligit autem & non sine insigni & fundamentali errore, per gratiam actu convertentem operationem spir. s. immediatam, ab efficacia verbi prædicati diversam & in ultimata conversionis productione irresistibiliter agentem atq; electis insuper propriam. Confer. eundem loc. cit. pag. 347. seqq. & Patres Doradacenos in Actis Synodi passim. Posterius duo complectitur membra. Primum Num in arbitrio hominis hæreat gratiam admittere, quod rectè negat Author per dicta. Ezech. II. v. 19. 36. 26. Ephes. 2. v. 5. Joh. 6. v. 44. 65. Philipp. 2. v. 13. Secundum: Num in arbitrio hominis hæreat gratiam repellere, quod malè negat Author hic & in Inst. loc. cit. pag. 349. cum Scriptura expressè affirmet, multos gratiæ divinæ eos seriò & efficaciter vocanti restitisse. Vid. Prov. I. v. 21. 23. 24. Zachar. 7. v. 12. Matth. 23. v. 37. Act. 7. v. 5. sed de his alibi volente DEO pleniū.

xxii. Num Virtute & merito fidei aliorumq; bonorum operum homo coram DEI judicio justificetur formaliter per propriam suam & in harentem Justitiam?

Neg. Contra Concil. Trid. sess. 6. c. 7. & can. II. & Bellar. lib. 2. de Justific. c. II. & seqq. Tom. 4.

Quia Spir. s. nos ex nostris operibus & Justitia propria coram DEO justificari negat, confer. Rom. 3. v. 24. cum Rom. II. v. 6. Ephes. 2. v. 8. & adde Philip. 3. v. 9.

An vero solum propter imputatam sibi justitiam Christi fide apprehensam?

Affirm. Contra Concil. Trid. sess. 6. can. 12. & Bellar. lib. 2. de Justific. c. 7.

Quia Spir. s. nos solum propter imputatam justitiam Christi fide apprehensam coram DEO justificari assert. Rom. 3. v. 28. Rom. 4. v. 5. 6. Gal. 2. v. 16.

xxiii. Num Fides vera & Justificans possit esse sine bonis operibus?

Neg. Contra Bellar. lib. 1. de justif. c. 15. & lib. 2. c. 4. Tom. 4.

Quia per charitatem efficax & sine operibus mortua est Galat. 5. v. 6. Jac. 2. v. 17.

xxiv. An omnis fidelis possit ac debeat certus esse divinæ erga se & inse gratiæ atq; lux salutis;

Affirm.

Affirm. Cont. Concil. Trid. sess. 6. c. 9. Bellarm. lib. 3. de just. c. 2. Tom. 4.

Notandum autem, aliam quæstionem esse, de gratiæ præsentis certitudine; aliam de futura gratia aeternæ. De præsente gratia homo infallibili & absoluta certitudine certus esse potest (1) ex interno Spir. S. testimonio Rom. 8. v. 16. 2. Cor. 1. v. 21. 22. (2) Ex testimonio propriæ conscientiæ. 1. Joh. 3. v. 21. &c. 5. v. 10. (3) Ex effectis & fructibus fidei ut lucta spiritus cum carne Gal. 5. v. 16. 17. Peccatorum admissione involuntaria Rom. 7. v. 19. Filiali timore & tremore, Philip. 2. v. 12. studio bonorum operum 1. Joh. 3. v. 14. &c. Quod ad futuram attinet gratiam; distinguimus inter certitudinem de futura gratia quoad DEUM paratum ad conferendum omnia, que ad persistendum in statu gratiæ necessaria sunt; & inter certitudinem de eadem quoad nos. Illa absoluta est Joh. 10. v. 28. 1. Cor. 1. v. 8. Rom. 11. v. 29. Philip. 1. v. 6. 1. Pet. 1. v. 5. Joh. 6. v. 37. 1. Thess. 5. v. 24. 2. Thess. 3. v. 3. Rom. 8. v. 38. 2. Tim. 1. v. 12. Hæc non absoluta, sed ordinata est Philipp. 2. v. 12. Ominem tamen dubitatem excludens Hebræ. 10. v. 23. 1. Joh. 5. v. 10. II. Calviniani equidem longe majorem & tantum non absolutam jactant certitudinem: verum non potest stare absolutum, quod singunt, electionis decreatum cum ullo electionis ac futuræ gratia certitudine sive ex parte DEI sive ex parte hominis. De quo alibi fusiūs.

xxv. An vera & Justificans fides semper adjunctam habeat perseverantiam?

Affirm: Author hic & in Inst. loc. modò cit. sed male, Quia etiam in verè renatis fidem totaliter & quandoq; finaliter desistere posse S. Scrip. docet. Ps. 51. v. 13. Ezech. 18. v. 26. Hebr. 6. v. 4. seqq.

Nota: Patres Conc. Trid. hâc in controversia cum Calvinianis consentire sufficierent patet ex sess. 6. Conc. Trid. cap. 5. cuius inscriptio hæc est: *Quolibet peccato mortali amitti gratiam sed non fidem & can. 29. citat. sess. qui sic tonat: Si quis dixerit amissæ per peccatum gratia simul & fidem semper amitti, aut fidem que remanet non esse veram fidem licet non sit viva &c. Anathema sit. Confer Bellarm. lib 1. de Justif. cap. 15. Tom. 4. & orationem ejus habitam in Gymn. Rom. & præfixam Tomo 1. Controv. §. cum igitur.*

XXVI.

**xxvi.** An solus DEUS religiosè colendus & adorandus sit?

Affirm: quia DEUS honorem religiosi cultus & adorationis sibi soli & non alteri tribui vult. vid. Deut. 6. v. 13, Ps. 50. v. 14, 1 S. Matth. 4. v. 10, Apoc. 19. v. 10.

Num vero etiam Sancti & Angeli invocandi sint. votaq; jis religiosè nuncupanda?

Neg. Contra Concil. Trid. Sess. 25. decret. de Invoc. Sanct. & Bellaria. lib. 1. de Sanctis beatis c. 12. & 19. & lib. 3. de cultu sanctorum c. 9. Tom. 2.

Quia ejusmodi preces & vota (1) carent mandato divino Matth. 15. v. 9. (2) sunt inutilia Esa. 64. v. 16. (3) inferunt DEO injuriam Esa. 42. v. 8. Matth. 11. v. 28.

**xxvii.** Salutatio illa Angelica, Ave Maria &c. seu rosarium uti appellant, incepit & gravis est superstitione.

Contra Pontificios communiter eam Mariam ut adjutricem invocantes vide de hac Superstitione ex nostris beatum Chemnit: in Exam. Concil. Trid. part. 3. de Inv. Sanct. pag. mhi 200. seqq.

Quia (1) repetitio ejus in verbo DEI scripto non mandata (2) non est precatio sed angelica salutatio. (3) quomodo Maria, quae non est omniscia tot hominum preces & gemitus audiet, quae non est omnipotens, afflitis ubiq; succurret, quae non est omnipotens, extremum Diaboli, Mundi & Conscientia in hora mortis impetum franget? Honoretur E. Maria: Pater verò, Filii & Sp. S. adorentur: Mariam adorare nemovelit. Bene adversus Collyridianos asserit Epiphanius lib. 3. advers. Hær. Tom. 2. n. 7. edit. Paris. 1612. conf. Pet. Paul. Vergerium ex Secretario Pontificio in ipso Concil. Trid. Evangel. verit. olim confessorem & Berneggerum de idolo Lauretano.

**xxix.** An Conclusio orationis Dominicæ: Quia tuum est regnum &c. Sint verba à Christo orationi addita & cum ea quoq; recitanda?

Affirm. Contra Maldonatum in Matth. c. 6. & Bellarm. l. 2. de verbo DEI c. 7 Tom. 1. & lib. 1. de bon. op. c. 6. in fin. Tom. 4. eam ut adulterinam sacræ Script. partem rejicientes.

Quia (1) Devotionem ac fiduciam orantis accedit, & cum scriptura canonica convenit vid. 1. Paralip. 30. v. II. (2) constat in omnibus græcis Codicibus inveniri, teste ipso Bellar. loco priori supra cit. lit.

C

H. (3)

XXX

H. (3) Planè non est probabile Patres græcos contra mandatum Domini eam textui canonico addidisse, teste Laur. Valla in annot. ad cap. 6. Matth.

xxix. Num reliquiæ Christi vel Sanctorum, aut crucis Dominicæ, evæ quas in Papatu jactant & commendant, cultu religioso venerandæ sint?

Neg. Contra Concil. Trid. Sess. 25. decret. de vener. reliq. & Bellar. lib. 2. de reliq. Sanct. c. 1. 2. 3. 4. &c. 26. seqq. Tom. 2.

Quia (1) cultus hic est electius (2) In DEUM qui solus religiosè coli vult injurius (3) ob fraudes circa reliquias in Papatu vigen-tes insanus. Vid. den Heil. Brodforb der Römischen reliquien Joh. Calv. Honoramus igitur, cum Hieronimo adversus Vigilant. Tom. 1. oper. edit. Paris. 1609. reliquias martyrum, ut eum cujus sunt martyres adoremus.

xxx. Etiam horarum Canonicarum observatio Papalis superstitione haud carerit.

Contra Bellarm. l. 1. de bon. op. c. 10. seqq. Tom. 4.

Quia ferè à solis, quos vocant, Canonicis, Monachis & Monialibus peregrino & quibusdam ex illis ignoto idiomate, ex consuetudine sine fiducia & devotione sub opinione meriti, ex opere operato acquirendi superstitione leguntur & canuntur, vid. Matth. 6. v. 5. 7.

*Nota:* Nos in nostris Ecclesiis ordinamus certum tempus precibus publicis, cuivis ordinarias precandi horas constituere liberum relinquimus, & Canonicos DEO precibus & Psalmis, Ecclesiæ docendo in Scholis, & concionando in templis, Reip. consiliis, proximo officiis charitatis inservientes toleramus vid. Balduin. in Cas. consc. l. 2. c. 7. casu 12. & l. 4. c. 4. cas. 3. seqq.

xxx i. Num liceat formare imagines DEI Patris, Filii & Sp. S.?

Negat Author hic & in Inst. c. 13. de observ. θ. 23. pag. 420. seqq; sed male.

Quia manifestationes DEI Patris in imagine antiqui dierum Dan. 7. v. 9. Filii in assumpta carne 1. Tim. 3. v. ult. Spir. Sancti in specie columbae Matth. 3. v. 16. ad memoriam historiæ & ornatum templi formare & sine cultu habere Christianis interdictum non legimus.

XXXIII.

xxxii. Num DEI, Christi, vel Sanctorum, aut crucis imagines, aut statua, cultu religioso colendae sint?

Neg. Contra Concil. Trid. Sess. 25. decr. de imag. & Bellar. l. 2. de imag. c. 21. Tom. 2.

Quia cultus imaginum & Statuarum est idololatria à DEO prohibita & rejecta Exod. 20. v. 4. 5. & c. 32. ψ 135. v. 15. 16. 17. &c.

Nota: Contra Calvinianos Idololatriam scriptura non in partibus & imaginibus sed in corde colentis ponit. vid. 1. Cor. 8. v. 4. Ezech. 14. v. 7.

xxxiii. Num sint ceremoniae aliquæ extra verbum DEI, à Christo aut Apostolis, aut Ecclesia institutæ & necessariæ, ac pars cultus divini habentes vim aliquam spiritualem?

Neg. Contra Bell. lib. 2. de sacram. eff. c. 31. Tom. 3.

Quia (1) Ceremonias illas suas extra verbum scriptum à Christo ipso & Apostolis institutas esse probare nequeunt (2) scriptura Ceremonias, quæ à DEO non sancitæ, sed à sola Ecclesia & libertate Christiana profectæ sunt, non necessarias sed liberas, & Christianæ libertati subjectas esse docet Gal. 5. v. 1. conf. Gal. 2. v. 16. cum 1. Tim. 4. v. 1. 2. 3. & Act. 16. v. 3. cum Gal. 2. v. 3. 4. 5. seqq. (3) Ceremoniis talibus vim Spiritualem ad colendum DEUM denegat. Matth.

15. v. 9.

Nota: Ceremoniæ (1) verbo Dei scripto non contrariae. (2)

Ad decentem in Ecclesiâ ordinem & plebis ædificationem utiles (3) Observatu faciles & (4) ab opinione meriti & necessitatis libertæ recte in Ecclesia tolerantur & observantur; Ceremoniæ vero (1) verbo DEI scripto contrariae (2) Inutiles, inepta, ridicula, histrioicae. (3) Nimis multæ & laboriosæ (4) opinione meriti & necessitatis infectæ quales pleraque ceremoniæ papales rectissime intermittuntur & abrogantur.

xxxiv. Num templo variis ceremoniis (quibus in Papatu fit) consecranda, indeq; sanctiora sint & divina quadam virtute praedita?

Neg. contra Bellar. l. 3. de cultu Sanct. c. 5. Tom. 2.

Quia Ceremoniæ Pontificiis in consecratione templorum usitatae (α) Electitiae; scriptura enim describens dedicationem templi Hierosolymitani solarū precum meminit 1. Reg. 8. v. 28. (β) Judaicæ, ut ingens pompa & uncio templi & aræ. (γ) Superstitiosæ, ut de-

scriptio alphabeti in pavimento cincere consperso, pulsatio & aperio templi baculo pastorali, aspersio templi, Incensio lampadum, pictura crucium, mixtio aquæ, vini, cineris & sanguinis &c. quibus omnibus insuper virtus sanctificandi tribuitur. Cum tamen scriptura nullibi templis manufactis, sed ubiq; cordi hominis justificati sanctitatem & verbo ac sacramentis divinam virtutem propriè & formaliter tribuat. Act. 7. v. 48. Joh. 4. v. 20. Joh. 17. v. 19. 20. Eph. 5. v. 25. 26.

xxxv. Num peregrinationes ad tempula aliaq; loca & processiones & rogationes religiosæ instituendæ sint?

Neg. Cont. Bellar. lib. 3. de cult. Sanct. c. 8. Tom. 2. & Conc. Trid. sess. 13. c. 5. can. 6.

Quia hæc omnia sine mandato divino magna cum superstitione & damnabili opinione cultus à Pontificiis nunc tempore N. T. constituti sunt.

xxxvi. Num dies festi in Ecclesia institui & Sanctis defunctis vel aliis religiosè dicari atq; in conscientia observari debeant, ut aliis diebus vere sanctiores & sacraiores atq; pars cultus divini?

Neg. Cont. Bell. lib. 3. de cult. Sanct. c. 10. Tom. 2.

Quia (1) Festa Apostolorum & aliorum sanctorum libere observantur Col. 2. v. 16. (2) Discremen dierum non ratione ordinis & politiæ; sed ratione sanctitatis & cultus in novo testamento sublatum est Gal. 4. v. 10. 11. (3) abusus Pontificiorum circa Festorum objecta, cultum & finem intolerabilis est, vid. Socrat. l. 5. hist. Eccles. c. 22. ubi interprete Musculo scribit; Paschatis festum & alios dies festos ipsi homines suis quicunque locis propter remissionem laborum, & memoriam salutiferæ passionis; sicuti voluerunt, ex consuetudine quadam celebrarunt.

*Nota:* Contra Lambertum Daneum & alios Calvin. Dies Christo „Apostolis & aliis verè sanctis ex vetusta & pia ecclesiæ consuetudine dicati sublati abusu pontificio in honorem solius DEI & ad Ecclesiæ ædificationem rectè & utiliter observari & novas ferias pro ratione temporis, loci & personarum ad lenendum verè pœnitentiâ iram DEI & gratias pro communibus beneficiis communijubilo DEO agendum ab Ecclesia ritè & decenter institui posse arbitramur.

xxxvii,

xxxvii. Num signum crucis in fronte aut aëre aut super quacunq; rem exprimere, & signare, sacrum & necessarium sit, divinæq; virtutis & efficaciarum?

Neg. Cont Bell. l. 2. de imag. Sanct. c. 28. 29. 30. Tom. 2.

Quia Ceremonias adiaphoras antiqua Ecclesiæ consuetudine libere receptas, ut necessarias urgere, AntiChristianum & signationi externæ effectus soli morti Christi proprios sine expresso DEI verbo adscribere superstitionem est. Preat igitur circa signum crucis impius Romanensium abusus & maneat pius veterum Christianorum usus.

xxxix. Num bene lingua peregrinata, & latinata, non vulgari, & nota Sacra in Ecclesia celebrentur?

Neg. Cont. Conc. Trid. Sess. 22, c. 8. & can. 9. ac Bellar. l. 2. de verb. DEI c. 15. Tom. 1.

Quia (1) Paulus pernitosum hunc morem graviter reprehendit 1. Cor. 14. v. imprimis 11. 12. 16. (2) Præxi Christi Luc. 4. v 17. Apostolorum Act. 2. v. 11. & Primitivæ Ecclesiæ repugnat, vide Exam. Concil. Trid. Chemn. part. 2. de Sac. ling. peregr. perag. p. mihi 310. seq.

*Note:* Vicissitudo latinæ & vulgaris linguae in nostris Ecclesiis ubi scholæ frequentiores sunt, ut & docti & Idiotæ adficiuntur, liberè servatur.

xxxx. Num in cultu sacro ritè adorantur de die lampades vel cerei ardentes?

Negas simpliciter juxta communem Genevensium & Puritanorum doctrinam Hoornb. Nos abrogato abusu Pontificio in usu S. nostræ cœnæ cereos ardentes ad memoriam illius nostri, qua Christus cœnam nobis instituit & se pro mundo tradidit liberè retinuimus.

XL. Num rectè benedicantur in Papatu, & ad effectus spirituales, tūm significandos tūm efficiendos habeantur aqua lustrali, incensa, oleum, cineres, rami, agnus DEI, campanæ &c?

Negatur contra Bell. l. 3. de cult. Sanct. c. 7. Tom. 2.

Quia (1) Male creature sine mandato DEI expresso ad spirituales effectus significandos & edendos consecrantur vid. Exod. 20. v. 7. Deut. 18. v. 10. 11. 12. (2) Adumbrationes typicæ in verbo DEI scripto non expresse umbris Judaicis claritatem lucis evangelicæ inserviant.

fuscan. (3) Solus sanguis filii DEI fide vera applicatus nos ab omni delicto emundat 1. Joh. 1. v. 7. & solæ preces in spiritu & veritate fusæ Dæmones fugant & sanitatem à DEO impetrant Matth. 17. v. 21. Jacob. 5. v. 16.

XLII. Num omnium peccatorum confessio sacerdoti necessariò facienda sit ad obtinendum corundem veniam?

Neg. Cont. Conc. Trid. Sess. 14. c. 5. can. 6. 7. 8. Bellar. l. 3. de pœnit. c. 2. per totum seqq. Tom. 3.

Quia exacta seu perfecta omnium & singulorum peccatorum confessio (1) nullibi mandata (2) impossibilis Ps. 19. v. 13. (3) Confessori & merito Christi pernitiösa est.

*Nota contra Calv.* Nostræ Ecclesiæ rejectis inquinamentis Pontificiis privatam peccatorum confessionem, qua quis sua peccata coram ordinario ministro Ecclesiæ generatim, quandoq; etiam necessitate conscientiae flagitante speciatim fatetur, non necessariò sed liberè ut laudabilem & utilem ratione ministrorum & auditorum ritum retinent; *Ratione Ministrorum*, ut (1) profectum auditorum in Christianismo explorent (2) Rudiores in religionis Christianæ capitibus sigillatim informent, & (3) dignos Christi convivas ab indignis canibus dignoscant; *Ratione Auditorum*, ut (1) securi singulari admonitione ex somno mortali excitentur. (2) onere calamitatum & tentationum pressi speciali consolatione animentur (3) Conscientiae pavidae & anxiae privata absolutione commodius erigantur &c.

XLII. Num fidelibus quibus remissa à DEO peccata, nihilominus pro pœna eorum temporali, verè satisfaciendum sit, per opera bona & laboriosa qualia præsertim sunt, & satisfactoria & meritoria, *Oratio, Jejunium, Eleemosyna?*

Neg. Cont. Conc. Trid. Sess. 14. c. 8. & can. 10. II. 12. 13. 14. 15. ac Bellar. l. 4. de pœnitent. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Tom 3.

Quia (1) Scriptura Canonica talem satisfactionem non requirit. (2) DEUS peccata fidelibus plenissime per ministros suos remittit & Christus sufficientissime morte sua pro iis satisfecit, Rom. 8. v. 1. Gal. 3. v. 13. (3) opera nostra debita & imperfecta (vid. controv. XLIII. & LI.) nec satisfactoria neq; meritoria esse possunt.

*Nota ut quis devota oratione & legitimo jejunio se ad pœnitentiam*

tentiam præparet, seriam suam pœnitentiam devotis lachrymis  
declarat & pro acceptis in absolucione & communione benefi-  
ciis D E O hymnis & Eleemosynis gratias agat, non improba-  
mus, sed omnibus & singulis, ut laudabilem & utilem consue-  
tudinem commendamus.

XLIII. Num homo etiam plus aliquando patiatur, quam meretur  
pati; atq; adeo possit opus satisfactorium præstare pro alio?

Neg. Cont. Bell. lib. 1. de indulg. c. 2. Tom: 2.

Quia hoc commentum Papisticum (1) Christus ipse damnat, dum  
perfectos servos inutiles dicit Luc. 17. v. 10. conf. Matth. 25. v. 9.  
Luc. 18. v. 10. seqq. (2) Omnes Sancti detestantur, dum opera sua  
verentur Job. 9. v. imprimis 2. 3. 20. 28. immunditatem suam agno-  
scunt Isa. 64. v. 6. Passiones suas ad futuram gloriam impares esse  
reputant Rom. 8. v. 18. Peccatum se habere farentur i. Joh. 1. v. 10.  
(3) Ipsi Pontificii refutant, dum in oratione Dominica debitorum su-  
orum dimissionem petunt Matth. 6. v. 12.

XLIV. Num Ecclesia Romana aliquem thesaurum satisfactionum  
habeat ex superabundantibus passionibus Christi & Sanctorum  
confiatum, quem erogent Papæ & Episcopi pro potestate sua & ar-  
bitrio, in Indulgentiis & Jubilæis peccatorum veniâ & absolutione  
variè ac plenissime hominibus impertienda?

Neg. cont. Conc. Trid. Decreto de Indulg. & Bell. lib. 1. de In-  
dulg. c. 4. Tom. 2.

Quia (1) Novit equidem Scriptura Superabundans illud meritorum  
Christi Apostolicum, de quo Rom. 5. v. 15 - 17. 20. Eph. 1. v. 2. &c. At  
ignorat Superfluum hoc Papisticum (2) Nundinationes illæ indulgen-  
tiarum à Sp. S. in Scriptura per Petrum damnantur, 2. Pet. 2. v. 1.  
2. 3. Act. 8. v. 20. seqq. (3) Perfectio Christi merito Hebr. 7. v. 25. c. 9.  
v. 12. c. 10. v. 14. Gratuitæ peccatorum remissioni, Act. 10. v. 43.  
Plenaria Absolutioni, Joh. 20. v. 23. Justificationi per fidem absq;  
operibus coram D E O sufficienti, Joh. 3. v. 36. Rom. 5. v. 1. ad-  
versantur.

XLV. Num Jejunium sit abstinere modo à certo eiborum genere,  
atq; à carnis, ex interdicto Ecclesie, idq; opus sit religiosum?

Neg. Cont. Conc. Trid. Decret. de delect. cibor. & Jejun. ac  
Bellar. l. 2. de bon. op. in Partic. c. 5. 6. 7. 11. Tom. 4.

Quia

Quia (1) talem delectum ciborum Christus tollit Matth. 15. v. 11. Luc. 10. v. 7. Paulus damnat. 1. Tim. 4. v. 1. 3. 1. Cor. 10. v. 25. 26. Sancti in suis Jejuniis non observarunt. (2) Jejunia in N. T. sunt libera Matt. 9. v. 14. seqq. Colos. 2. v. 20. 21. 22. Quapropter homines suis decretis ad certos dies & certos jejunandi modos conscientias alligare nequeunt ut vult Bellar. loc. cit. (3) Nullum opus electitum quale est jejunium Pontificiorum est religiosum Matth. 15. v. 9. Colos. 2. v. 16. 23. Nedum utile ad satisfaciendum DEO vel ad eum placandum, ut rursus vult Bell. loc. cit.

XLVI. Num Jejunium feriae quartæ & Sabbathi etiam quatuor temporum & Quadragesima ab Apostolis institutum atq; observandum sic?

Neg. Cont. Bell. l. 2. de boni op. in partie. c. 14. seqq. Tom. 4. Quia (1) Nullum idoneum testimonium Jejunia hæc ab Apostolis instituta esse proferri potest. (2) Contrarium à nostris ex Antiquitate Ecclesiastica jam probatum est, vid. Chemn. in Exam. part. 4. de vero Jejunio à pag. m. 186. (3) observandum à nobis non est, ut scandulum infirmiorum vitetur, & libertas Christiana contra Pontificios jejunium ut opus necessarium vita æternae meritorum & propectacis satisfactoriorum exigentes, defendatur.

XLVII. Num ad matrimonium filiorum non necessario requiratur consensus parentum?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 24. decret. de reform. matrim. c. 1. & Bellar. l. i. de sacram. matrim. c. 19. 20. Tom. 3.

Quia cum ad matrimonium contrahendum, Jus Divinum Exod. 22. v. 16. 17. Ephes. 6. v. 1. 2. 3. 'Naturale, imperans obedientiam & reverentiam parentibus in omnibus maximè vero in hoc tam arduo negotio ex necessitate esse præstandam. Civile, l. Nuptiæ 18. ff. d. R. N. & l. 1. & 2. cod. pr. l. de Nupt. ubi hæc extant: Masculi puberes. Fæmina autem viri potentes consensum habeant parentum quorum in potestate sunt: Nam hoc fieri debere, & civilis & naturalis ratio suadet, in tantum, ut jussus parentis præcedere debeat. Canonicum, c. aliter. 30. q. 5. ex Evaristi Papæ Epistola ad Episcopos Africanos necessario requirit.

XLVIII. Num matrimonii inter fideles contracti vel consummati vinculum per Adulterium non possit solvi?

Nega-

Negatur cont. Conc. Trid. Sess. 24. can. 7. & Bell. I. i. de matrim.  
sacram. c. 16. Tom. 3.

Quia (1) Christus Matth. 19. v. 9. Pharisæis ex libello repudii à Moïse  
Deut. 24. v. 1. concessò divortium (h. e. solutionem conjugii quoad  
thorum & vinculum vid. loc. cit. v. 2.) licitum esse contendentibus  
Respondet: Adulterium committere eum qui extra causam forni-  
cationis uxorem suam repudiaverit & alteram duxerit. Adulterium  
igitur non committit, qui ob causam fornicationis uxorem suam  
repudiaverit & alteram duxerit. (2) Paulus i. Cor. 7. v. 15. Fratrem  
aut sororem fidelem ab infideli conjugé malitiōsè desertum vel de-  
sertam à servitute molestā cohabitationis & vinculi conjugalis exi-  
mit. (3.) Iniquum est parti innocentis facultatem utendi remediis di-  
vinitus contra fornicationem concessis adimere i. Cor. 7. v. 2. 9.

XLIX. Num mendacium officiorum sit licitum?

Neg. author hic explicitè & Instit. c. 13. de observ. th. 30. p.  
460. implicitè & cum eo ferè omnes Calviniani & Tho-  
mista.

Status autem Controversiae est hic: An dissimulatio veritatis sine in-  
tentione quemvis fallendi aut lœndi ob honestam & justam cau-  
sam licita sit? Quod nos cum B. D. Chemnitio Parte II. Loc. Theol.  
L. De Lege DEI p. m. 92. 93. Brochmanno Tom. 2. System. Theol.  
L. De Lege cap. 15. q. 1. 2. Balduino Lib. 4. de casib. consc. cap. 17.  
cas. 18. Dieterico in Institut. Catechet. de 2. Tab. Decal. qu. 47. &c.  
&c. affirmamus sine tamen ullius præjudicio. Novimus enim B. D.  
Gerhardum Tom. 3. Loc. Theol. L. De Lege DEI num. 176. ad ne-  
gativam hujus questionis inclinare, qui tamen addit: Sed cum nec  
officio, nec joco mendacio conditions mendacijs propriè dicti conveni-  
ant ideo in illis condemnandis haudquaquam precipites nos esse convenient.

Quia extant in Scriptura exempla quædam Sanctorum, quæ non  
possunt temere damnari: ut Abraham Gen. 12. v. 13. & 20. v. 2. Jacob  
Genes. 27. v. 19. Joseph simulat coram fratribus Gen. 42. v. 7. & 44. v. 15.  
Obstetrics Exod. 1. v. 19. & textus dicit v. 20. Dominum edificasse illus do-  
mos. Luc. 24. v. 28. Christus simulat se longius iturum. 1. Reg. 21. v. 13.  
David simulat insaniam. 1. Reg. 16. v. 2. Samuel undatus Davidem ne Saul  
resciceret simulat se sacrificandi causam ire in Bethlehem. 4. Reg. 10. v.  
18. Iehu interfectorus Baalitas simulat se solenne sacrificium exhibitrum

D

Baal.

Baal. Ita Judith. II. v. 4. & seq. Jaël. Judic. 4. v. 17. Joshua 8. v. 15. simular fugam. Jof. 2. v. 4. Rachab. Exod. 5. v. 3. Ibimus tridui viam sacrificatum. Michel uxoris Davidis mentiendo liberat maritum suum i. Reg. 20. 28. Jonathas Davidem servat aliud dicendo &c. Hæc ex S. Scriptura loco sup. cit. Magnus noster Chemnitius; nos unicum ex Antiquitate Ecclesiastica de M. Athanasio vitam suam licet simulatione à persecutoribus ad bonum Ecclesiæ liberante addimus, quod narrant & commendant Russin. lib. I. Hist. Eccles. c. 24. Theodore. lib. 3. Hist. Eccles. cap. 8.

Nota: (1) Licita hæc simulatio dicitur Mendacium impropriè & non nisi *Kαλοχειρισμός*: (ut ait. I. c. Dietericus) quia mendacium propriè dictum est falsa significatio vocis, *cum voluntate si. intentione fallendi* ut id cum Augustino c. 22. Enchirid. & lib. de mendacio ad Consentium c. 4. definit ex nostris Chemnitius loc. cit. Ex Pontificijs Paulus Laymannus Jesuita lib. 4. Theol. Moral. tract. 3. c. 13. de mendacio. Officium, quia absq; malitiâ DEO & proximo officium præstat. (ut iterum asserit Dieteric. I. c.) (2) ut mendacium propriè dictum ita etiam hoc mendacium impropriè dictum ore & gestibus fieri potest, utrumq; a. hoc loco intelligi, insinuavit, dum vocem *dissimulatio* in statu controversie indefinitely posuimus. (3) Affirmati-  
vam hujus questionis nobiscum defendunt ex Reformatis Alstedius  
dum in Theol. Cas. c. 21. Reg. I. n. 14. 15. 16. p. 439. 440. inter simula-  
tionem licitam & illicitam distinguit & illius licentiam præter al-  
liquet supra à nobis adducta etiam profanis probat exemplis. Ex  
nostris Philosophis Meisnerus Part. I. Phil. Sobr. Sect. 2. Qu. vi. p.  
impr. 272. 273. Stalius orat. 2. De Mendacio Regulis ejus in noviss. e-  
dit. annexâ. Nec omni modo dissentit Cont. Hornejus l. 3. Ph. Mor.  
c. II. num. V. p. 422. &c. (4) Dum simulationem terminus honestatis  
circumscripsit, astruimus simul destruimus & equivocationes Jesuiti-  
cas, de quibus Toletus professione Jesuita dignitate Cardinalis lib. 4.  
Instruct. Sacerd. cap. 21. sic differit: Aliquando licet uti equivocatio-  
ne, & decipere audientem – v. g. judex petit juramentum ab aliquo, ut  
dicatur crimen, l. proprium l. alienum; si omnino est occultum non debet ju-  
rare, & si cogatur, utatur equivocatione putâ, nescio, intelligendo intra-  
se, ut dicam tibi, vel non feci, intelligendo, tunc non feci. vel quid simile. –  
Ut si vir uxorem, an sit adultera, ita potest dicere: non sum, quamvis ve-

rum

rum fuerit, intelligendo, ut tibi revelem. Similiter, qui cogitur jurare accepturum aliquam in sponsam, potest jurare se accepturum, intelligendo si postea placuerit. conf. cap. seq. & Becanum lib. v. Manual. cap. 21. n. 4. s. 6.

L. Num homo in hac vita legem DEI perfectè & absolute implere possit? vel etiam plus quam perfectè, & supra id, quod DEUS præcepit facere?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 6. can. 18. & Bellar. lib. 4. de iustif. c. II. Tom. 4.

Quia omnium virium, motuum, affectuum & actionum absolutam & perpetuam integratatem, quam lex Moralis Deut. 6. v. 5. Matth. 22. v. 37. 38. 39. Deut. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10. cum maledictione exigit, Nemo post lapsum habuit, nec habere potest. vid. Eccles. 7. v. 21. Ioh. 1. v. 8. & confer Jacob. 3. v. 2. cum cap. 2. v. 10. ejusdem Epistola, & addere quod teste Christo cum omnia fecerimus, quæ præcepta sunt nobis dicendum. nobis sit: *Servi inutiles sumus, fecimus, quod facere debuimus* Luc. 17. v. 10.

LI. Num opera justorum verè & proriè sint meritoria vitæ æternæ?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 6. cap. 16. & can. 32. & Bellar. lib. de iustif. c. I. leqq. Tom. 4.

Quia sunt (1) aliena I. Cor. 4. v. 7. Philip. 2. v. 13. (2) Debita Luc. 17. v. 10. Rom. 8. v. 12. (3) Imperfecta Esai. 6. v. 5. Rom. 7. v. 21. (4) Indigna mercede Rom. 8. v. 18. ad Philipp. 3. v. 8. 9.

LII. Num Ecclesia sit cætus hominum eandem fidem profitentium & sacramentorum communione viventium sub Papa Romano?

Neg. cont. Bellar. l. 2. de Eccles. mil. c. 2. Tom. 2.

Quia (1) Tres partes hujus definitionis, Externa fidei professio, VISIBLES Sacramentorum communio & subjectio ad Romanum Pontificem excludunt viva & includunt mortua vera Ecclesiæ membra, quod fatetur Bellarm. dum loco cit. Catechumenos h. e. fideles, qui Baptismo nondum percepto salvati possunt & salvantur, excludi & reprobos, scelestos & impios includi loco citato assentit. (2) Subjectio ad Pontificem Romanum, ut legitimum Ecclesiæ pastorem & visibile ejus caput, commentum novum, impium & absurdum est. Commentum; quia eam Christus non instituit, Apostoli non agnoverunt, Ecclesia Catholica in nullo generali Concilio divinitus insit.

tutam declaravit, Primæ Ecclesiæ Patres non tenuerunt. *Novum*,  
quia eam vetus Ecclesia Romana prorsus ignorat. *Impium*, quia  
Christum ( qui ob ordinem dignitatis & potestatis, perfectionem  
officii & donorum, virtutem vivificantem & glorificantem Eccle-  
siæ mystici sui corporis caput est unicum Ephes. 2. 1. v. 22. 23. & c. s.  
v. 22. 23. 24. Coloss. 1. v. 18. &c. ) Honore suo exparte si non ex-  
toto spoliat. *Absurdum*; quia corpus Christi mysticum hoc novo  
& impio commento redditur (1) πολυκέφαλον Romana sede vel ab  
uno vel à duabus, vel à pluribus occupata. (2) ἀκέφαλον Romana  
fede vel vacante, vel ab Hæretico possessa.

LII. Num Ecclesia semper & quibuslibet sit satis visibilis?

Neg. cont. Bell. l. 3. de Eccl. mil. c. 2. §. atq; hoc, & c. 12.  
seqq. Tom. 2.

Quia Ecclesia Judaica tempore Eliæ ipsi Prophetæ Eliæ & exteris  
Regibus ac populis non erat adeò conspicua ac erat tempore Salo-  
monis ipsi Regi Salomonii & exteris Regibus ac populis. Conf. cum 1.  
Reg. 10. v. 23. 1. Reg. 19. v. 14. & Ecclesia Christiana sine publico  
ministerio in cryptis & speluncis latens non fuit tempore Diocletia-  
ni Diocletiano de nomine Christianorum ubiq; & superstitione Chri-  
sti, quam impiè vocat, deleta & cultu paganorum propagato tri-  
umphantiæ quæ visibilis ac tempore Constantini M. ipsi Constantino  
sub quo pacem consequuta extra persecutionis æstum exteriorem  
splendorem de se spargebat & totum ferè terrarum orbem publicè  
& libere occupabat. Ut igitur luna suis mutationibus variat aspe-  
ctus, ita & Christi Ecclesia, vid. Cant. 6. v. 9. & considera magnam il-  
lam Ecclesiæ Christianæ Eclipsin quæ tempore passionis Domini-  
æ contigit.

*Nota.* In Ecclesia militante cœtus verè vocatorum ratione ex-  
ternæ verbī prædicationis & externi sacramentorum usus, quæ  
in oculos incurruunt, dicitur *Ecclesia visibilis* & definitur: Con-  
gregatio hominum vocatorum amplectentium verbum DEI &  
utentium sacramentis, Cœtus a. verè credentium ratione inter-  
nae fidei & externæ electionis, quæ sensus nostrōs fugiunt, & soli  
cordium scrutatori parent (1. Reg. 8. v. 39. 2. Tim. 2. v. 19. ) dici-  
tur *Ecclesia ( nobis ) invisibilis* & definitur: Congregatio homi-  
num verè credentium & prædestinotorum salutariter **verbum**  
**DEI**

DEI complectentium & Sacramentis utentium, addes quod hæc distinctio Ecclesiæ in Visibilem & Invisibilem non sit generis in species, nec totius integralis in partes integrantes, sed distinctio adjunctorum ( visibilitatis & invisibilitatis ) ejusdem Subjecti ( Ecclesiæ ) respectu formæ accidentalis & externæ ( prædicatio- nis verbi & usus Sacramentorum ) & essentialis ac internæ ( fidei & electionis ) hinc cœtus vocatorum à cœtu credentium Eccle- sia visibilis ab invisibili non differt nisi ut includens ab inclusu, la- tius ab angustiori.

LIV. Num Notæ Ecclesiæ sint variae illæ, quas Papistæ suæ Ecclesiæ faciunt, ut nomen Catholicæ, Multa antiquitas, Duratio, Ampli- tudo, Episcoporum successio, Miracula, Prophetiae, Felicitas tem- poralis &c.?

Neg. cont. Bell. l. 4. de not. Eccl. à cap. 3. usq; ad finem lib.  
Tom. 2.

Quia (1) Ecclesiæ veræ, neq; omni, neq; soli, neq; semper, neq; in fallibiliter, neq; perse insunt. (2) quoad maximam partem Anti- Christianisme convenient, nomen Catholicæ Apoc. 13. v. 8. Multa antiquitas, 2. Thess. 2. v. 7. Duratio Apoc. 18. v. 7. Amplitudo, ibid. v. 3. Episcoporum successio 2. Tess. 2. v. 4. Miracula, ibid. v. 9. & Apoc. 13. v. 13, 14. Prophetiae, ibid. v. 5. Felicitas temporalis ibid. v. 4. 7. C. 17. v. 4. C. 18. v. 17. 18. &c.

An vero sola veritas Doctrina, certa & perpetua Ecclesiæ Nota- sit? Redim: An vero pura verbi DEI prædicatio & legitima Sa- cramentorum à DEO institutorum administratio sunt veræ & externe, Ecclesiæ vera & visibilis Notæ?

Aff. cont. Bell. lib. 4. de Not. Eccl. c. 2. T. 2.

Quia omni, Matth. 28. v. 19. Act. 2. v. 4. Soli. Joh. 8. v. 31. 47. Rom. 9. v. 4. Eph. 2. v. 12. Semper. Esai. c. 59. v. 21. Eph. 2. v. 20. Matth. 16. v. 18. Infallibiliter. n. Joh. 4. v. 6. Rom. 4. v. u. & per se convenient, nam pura verbi DEI prædicatione &c. Ecclesiæ non solum primò eri- guntur, sed & collapsæ restaurantur vid. 2. Reg. c. 22. 23. Josuæ 5: v. 1. 2. Gal. 1. v. 6. 1. Cor. 11. v. 23, conf. Esai. 8. v. 20. Gal. 6. v. 16. & adde his omnibus pro veritate Ecclesiæ Lutheranæ hoc invictum argumentum.

Quæ Ecclesia ex limpidissimis fontibus Israëlius præter vere pietatis stu-  
dijum

dium etiam vivæ ac solidæ consolationis fundamenta afflictis peccatoribus suppeditat, illa est vera Christi Ecclesia,  
Ecclesia Lutherana non Pontifica nec Calviniana ex limpidiſimis Israe-  
lis fontibus præter veræ pietatis studium etiam vivæ ac solidæ conse-  
lationis fundamenta afflictis peccatoribus suppeditat,  
Ecclesia Lutherana non Pontifica nec Calviniana est vera Christi  
Ecclesia.

Maj. Matth. 7. v. 16. Rom. 15. v. 4.

Min: Quia sola Ecclesia Lutherana sufficientiā (Hebræ. 7. v.  
25.) & universalitate (1. Joh. 2. v. 1. 2.) Meriti Christi afflitos  
peccatores erigit, quos meriti Christi insufficientiā Ecclesia Pon-  
tifica (vid. Conc. Trid. Sess. 6. can. 12.) & Particularitate Eccle-  
sia Calviniana ( vid. Acta Synod. Dordrechtae passim) op-  
primunt.

Nota (1) Prout supra enumeratae notæ Ecclesiæ magis vel mi-  
nus conveniunt eo est purior vel impurior. (2) ut in Ecclesia Ju-  
daica tempore Christi, ita in Ecclesia Christiana tempore Luthe-  
ri summa erat harum notarum impuritas. Interim ut DEUS sibi  
in Ecclesia Judaica tempore Christi, ita idem sibi in Ecclesia  
Christianæ tempore Lutheri nonnulla viva membra inter Doc-  
tores corruptos, Idiotas seductos, & Infantes seducendos gratio-  
sè reservavit. (3) ut pura verbi DEI prædicatio & legitima sacra-  
mentorum à DEO institutorum administratio sunt Ecclesiæ veræ  
visibilis, notæ externæ & visibiles, ita viva fides & sincera chari-  
tas sunt Ecclesiæ veræ invisibilis notæ internæ & invisibiles.

Lv. Num Ecclesia Romana non possit errare ac deficere?

Neg. cont. Bel. I. 3. de Eccl. mil. c. 12. & 14. Tom. 2. Beccan. in.  
Manual. lib. I. c. 3. concl. 5. pag. mihi 75. seqq.

Quia Ecclesia Romana particularis non plura nec majora accepit à  
DEO privilegia quam visibilis Ecclesia Judaica & multæ particulares  
Christi in Oriente Ecclesiæ olim Arrianismo nunc Mahometismo  
misere infectæ vid. Esa. 49. v. 14. Rom. ii. v. 19. & conf. Matth. 24. i  
v. 24. Luc. 18. v. 8. 2. ad Thefl. 2. v. 3. 1. Tim. 4. v. 1. seqq. Ub  
communis Apostasia de fide tempore Anti Christi ante adventum  
Christi ultimum futura à spir. S. prædictur.

LVI.

LVI. Num Ecclesiæ in terris Regimen debet ab uno aliquo homine post Christum esse Monarchicum?

Neg. cont: Bell. l. 1. de Rom. Pontif. c. 5. Tom. 1.

Quia (1) Scriptura nullum Ecclesiæ Monarcham præter Christum (unicum Ecclesiæ suæ caput, Eph. 5: v. 23. Summum N. T. Pontificem Hebræ. 7. v. 16. Magnum omnium Pastorum & ovium Principem Hebr. 13. v. 20. 1. Pet. 5. v. 4.) agnoscit. (2) Solus Anti Christus se præter Christum Monarchico Regimine in Ecclesia templo Dei ostentabit. 2. Thess. 2. v. 4.

LVII. Num Episcopi jure Divino sint supra Presbyteros, iisq; auctoritate & potestate Majores?

Neg. cont: Conc. Trid. Sess. 23. c. 4. & can. 6. 7. & Bell. l. 1. de Cler. c. 14. 15. Tom. 2.

Quia (1) Sacra Scriptura omnibus Ecclesiæ ministris nomina (Episcopus & Presbyter) & officia Ecclesiastica, ut docere verbum, ad ministrare sacramenta, ordinare, disciplinam exercere, Ecclesiam regere &c. promiscue tribuit. De nominibus vide Act. 20. v. 17. 28. Philippi. 1. v. 1. Tit. 1. v. 5. 6. 7. seqq. 1. Pet. 5. v. 1. De doctrina verbi & Sacramentorum administratione vid: Matth. 28. v. 19. I. Cor. 11. v. 23. De ordinatione vid: 1. Tim. 4. v. 14. Tit. 1. v. 5. seqq. De Exercitu disciplinæ vid: Joh. 20. v. 21. 22. 1. Cor. 5. v. 4. de gubernatione Ecclesiæ vid: Act. 20. v. 17. 28. 1. Pet. 5. v. 1. 2. 3. Hebr. 13. v. 17. Conf. Gratianum dist. 93. c. legimus, ubi hæc exstant: Nam cum Apostolus perspicue doceat, eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos, & paulo post, quod autem postea unus electus est, qui ceterū præponetur, in schismatis remedium factum est, ne unusquiq; ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet --- quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat? & dist. 95. c. Olim, ubi hæc inter alia habentur, Episcopi noverint se magis consuetudine, quam dispensationis Dominicæ veritate Presbyteri esse majores, & in commune debere Ecclesiam regere.

Nota: Papizant hic multi ex Reformatis præcipue in Anglia, quosdam Ecclesiæ ministros alis ratione auctoritatu & potestate jure divine majores esse statuentes, hinc sectæ & turbæ Prætitorum & Prebyterianorum. Vide ex multis Henr. Hammondi Presbyt. Anglic. indissert. de juribus Episc. cont. D.

Blon-

Blondellum & alios, & conf. ipsum Hoornbeekium lib. x.  
Summae Controv. de Brownistis.

LIX. Num Episcopi urbis Romæ supremam & Monarchicam po-  
testatem jure Div. supra omnes in toto orbe Ecclesiæ & Eccle-  
siasticos habeant?

Neg. Cont. Bell. l. 2. de summo Pontif. c. 12. Tom. 1. & lib.  
2. de Concil. auth. c. 15. 17. Tom. 2.

Quia supremam & Monarchicam hanc potestatem (1) Christus  
non instituit (2) Paulus non agnovit, 1. Cor. 15. v. 10. Gal. 2. (3) Petrus  
reprehendit. Pet. 5. v. 3. (4) Primitiva Ecclesia repudiavit, vid. Con-  
cil. Nicen. primum, Can. 6. vi. Generale, can. 36. & Milevitanum,  
c. 22. & conf. can. 35. Canonum, quidicuntur Apostolorum, &c. (5)  
Gregorius M. Papa Romanus ut notam AntiChristi aversatus est, vi-  
de eum lib. 6. Epist. imprimis 30. Gratianus distinet, 93. can. legi-  
mus, ait: Ubicunq; fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantino-  
poli, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Tanis, ejusdem meriti, ejusdem est &  
Sacerdotii: & dist. 99. can. Nullus, ex Pelagii II. Epistola hæc refert:  
Nullus Patriarcharum universalitatis vocabulo unquam utatur, quia si u-  
nu Patriarcha universalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris dero-  
garur. Sed ab sit hoc, ab sit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi, vel velle  
quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quan-  
tulacung parte videatur. Quapp. Charitas vestra neminem unquam  
suis in Epistolis universalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum al-  
teri honorem desert indebitum. Et 24. q. 1. Can. loquitur. Ex Cypri-  
ani tractatu de unitate Ecclesiæ hæc citat: hoc erant utiq. & cæteri Apo-  
stoli quod fuit & Petrus, pari consortio prædicti, & honoris & potestatis.

LIX. Num Papa Romanus in rebus fidei decidendis ac docendis sit  
infallibilis, nec possit errare?

Neg. cont. Bell. l. 4. de Romano Pontif. c. 1. 2. 3. seqq. Tom.  
1. 1. 2. de concil. auth. c. 2. Tom. 2.

Quia (1) Pontifex Romanus æquè est errori obnoxius ac Pontifices  
V. T. vid. Exod. 32. v. 2. seqq. 2. Reg. 16. v. 11. seqq. March. 26. v. 65.  
&c. (2) Multi Pontifices hæresibus nomen dederunt & Anteccclo-  
rum acta resciderunt testibus ipsis adversariis, Bell. l. 4. de Rom.  
Pont. c. 8. Tom. 1. De Marcellino ait: Illum Idolis sacrificasse;  
Alphonsus de Castro l. 1. adversus hæreses c. 4. ingenuè fatetur: Om-  
nis

nius homo potest errare in fide etiam si Papa est, de Liberio Papa constat  
fuisse Arrianum & Anastasium savisse Nestorianum, qui historias legerit  
non dubitar. Anastasius II. cum Photino Diacono Acaciano com-  
municavit, unde a DEO reprobatus & nutu divino percussus est, te-  
ste Grat. dist. 12. c. Anastasius. Honorius I. monothelismi accusa-  
tus & damnatus est, vide acta VI. VII. & IX. Synodi & confer Canum  
I. 6. loc. theol. c. i. fol. 188. fac. 2. Dominicum Bannes in 2am  
2ae. quest. I. art. 10. alios. Postquam Platina in vita Steph. VI.  
rabiem ejus in Formosum I. Pap. ex Martino narrasset, addit: Magna  
fuit haec controversia & pessimi Exempli, cum postea ferè semper servata  
haec consuetudo sit, ut acta priorum Pontificum sequentes aut infringe-  
rent, aut omnino tollerent. Eandemq; querelam repetit in Vita Roma-  
ni I. &c.

LX. Num Papa & Episcopi habent potestatem coactivam & po-  
sunt leges condere in conscientia obligantes?

Neg. cont. Bell. I. 4. de Rom. Pont. c. 15. seqq. Tom. I.

Quia (1) DEUS unus noster Judex, legislator & Rex sibi soli hanc  
potestatem reservavit, conf. Elai. 33. v. 22. & Jac. 4. v. 11. 12. cum  
Deut. 12. v. 32. Ela. 29. v. 13. 14. (2) Christiani per Christum a man-  
datis hominum liberati sunt Act. 15. v. 10. Gal. 4. v. ult. & c. 5. v. 1.

Nota. Pastores Ecclesie non habent potestatem nisi ministeri-  
alem & spiritualem I. Cor. 4. v. 1. 2. 2. Cor. 10. v. 4. 5. Non de-  
bent alias constitutiones condere, nisi verbo DEI congruentes  
& ad ædificationem Ecclesie facientes 2. Cor. 13. v. 9. 10. Non  
possunt his suis constitutionibus Ecclesiasticis conscientias obli-  
gare nisi indirecte & per accidens ratione contemptus in DEUM  
auctorem ministerii & ordinis Ecclesiastici redundantis, & scanda-  
li infirmis fratribus dati, Luc. 10. v. 16. Matth. 18. v. 6. 7.

LXI. Num Papa Romanus habeat etiam potestatem temporalem,  
summam in omnium Christianorum bona, & res, adeo ut de iis  
disponere, etiam regna mutare, auferre, aliis conferre, Reges de-  
ponere, instituere & leges civiles ferre, vel abrogare, & tempora-  
lia quævis administrare, ac exercere ei liceat?

Neg: cont. Bell. I. 5. de Rom. Pont. c. 6. Tom. I.  
ubi Papam habere summam temporalem potestatem *indirec*te  
non sine offensa Sixti V. Papæ defendit & eundem libro singula-

ri contra Barlašum, in quo Papam habere summam temporalem potestatem directe non sine offensa Henrici IV. Gall. Regis cum Canonistis adstruxit vid. Fuligattum in vita ejus.

Quia Christus talem potestatem in regno suo non agnoscit & discipulis suis simpliciter adimit, vid. Joh. 18. v. 36. Matth. 20. v. 25. 26.

*Nota:* Sequens Bellarmini lib. 5. de Rom. Pont. c. 4. pro veritate testimonium: *Omnia fere loca scripture ubi de regno Christi agitur intelligi debent necessario de regno spirituali & aeterno, at proinde non potest ex scripturis deduci, ultum fuisse Christi regnum temporale. Quomodo igitur Papa erit Successor & vicarius Christi in regno super Regem temporalis?*

LXXII. An Papa Romanus sit Antichristus?

Aff. Autoritic & in Inst. c. 14. de Eccl. th. 14. p. 486. seqq. (contra Bellar. lib. 3. de summo Pontif. c. 1. seqq. Tom. 1.) ex proprietatibus AntiChristi Magni. 2. Thess. 2. v. 4. 8. 9. 10. Dan. 11. v. 36. seqq. &c.

Ita etiam communiter Evangelici, at sine animo injuriandi Principes Pontifici Romano addictos. Prolixas atq; accuratas innocentiae nostratum vindicias, vide apud D. Hult. in Breviario c. 22. p. 467. seqq. Benedictum Carpz. in vindiciis Juridico-Politicis Theologorum Lutheranorum opposita Jctis Dilligenibus. Adde Nicolaum Hunnum in tractatu de innocentia Lutheranorum, in puncto injuriarum ex asserto Romani Pontificis AntiChristianismo redundantium, contra dictos Jctos & Adamum Tannerum Jesuitam...

LXXXIII. Num civilis Jurisdictio conveniat personis ecclesiasticis, ut simul quis sit Ecclesiasticus & Politicus, Pastor & Princeps?

Neg. cont. Bell. lib. 5. de Rom. Pont. c. 9. Tom. 2.

Quia (1) Scriptura Episcopo Ecclesiae præter potestatem docendi verbum DEI, administrandi sacramenta, remittendi & retinendi peccata nullam tribuit, 2. Tim. 4. v. 2. (2) Christus has diversissimas potestates distinxit Matth. 22. v. 21. (3) Paulus administrationem rerum secularium in Episcopo reprehendit. 2. Tim. 2. v. 4. vid. Decreta Nicol. Papæ apud Barthol. Caranz. in sum: Concil. pag. m. 562, Tit. qua Spiritualia, &c.

LXIV. Num debeant esse distincti & sacri ordines Clericorum seu Ecclesiasticorum in Ecclesia, Cardinalium, Exorcistarum, Acoluthorum, Subdiaconorum, Canonicorum &c.?

Neg: cont. Concil. Trid. cap. 2. can. II. & Bell. I. 1. de Clerc. II. Tom. 2.

Quia (1) S. Scriptura tantum Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum meminit, & numerum graduum seu ordinum nullibi definitivit. (2) Primitiva Ecclesia diversimode ordines Ecclesiasticos numeravit, quosdam ordines nunc in Papatu usuratos ignoravit & ordines consuetudine introductos pro ratione temporis, loci & adificationis libere observavit ac mutavit, vid: Chemn. in Ex: Conc. Trid. part. 2. de sacram. ordin. p. m. 394. seqq.

LXV. Num Electio Pastorum in Ecclesia nullo modo pertineat ad plebem, neq; ejus consensu hic requiratur; Verum id totum ad solos spectet Episcopos, atq; potissimum ad Papam Romanum à quo ut capite omnis Ecclesiasticus ordo & Iurisdictio in ceteros Episcopos & Pastores derivetur?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 23. c. 4. can. 5. Bell. I. 4. de Rom.

Pont. c. 22. 24. Tom. I. & lib. I. de Clerc. c. 2. 4. Tom. 2.

Quia (1) Christus omnem potestatem Ecclesiasticam, quam omnibus Apostolis & eorum successoribus Math. 16. v. 18. Joh. 20. v. 21. 23. dederat Matth. 18. v. 18. toti Ecclesiaz certo respectu tribuit, (2) Apostoli & Patres primitivæ Ecclesiaz Ministros Ecclesiaz per suffragia populi elegerunt. vid. Act. 1. v. 15. 23. Act. 15. v. 22. Cyprian: lib. 1. Epist. 4. Theodoret. l. 1. hist. eccles. c. 9. & lib. 5. c. 9. & conf. Decretal. Gregorii. l. T. 6. cap. Massana (3) Populus divino mandato tenet bonos pastores querere & vocare & lupos reiicere & averlari Matth. 7. v. 15. Act. 20. v. 29. seqq. Gal. 1. v. 8. I. Joh. 4. v. 1. adde Ephes. 4. v. 12.

Nota: Papizant etiam hic quodam modo haud pauci è Reformati Batavis. soli statui clericali jus vocandi & removendi Pastores Ecclesiaz rapientes, citati & notati à D. Huls. in Breviar. c. 19. th s. P. 347.

LXVI. Num Jure & rectè personis Ecclesiasticis imperetur perpetuus coelibatus?

Neg. cont. Concil. Trid. less. 24. cān. 9. & 10. & Bell. l. 1. de Clerc.  
e. 18. 19. Tom. 2. ac l. 2. de Monachis e. 22. seqq. Tom. 2.

Quia (1) DEUS & natura omnibus & singulis hominibus donum continentiae non habentibus castitatem conjugalem, ut rem honorablem & impollutam ad sobolis procreationem & fugam fornicationis præcipit & commendat, vid. Gen. 1. v. 27. 28. Matth. 19. v. 11. 1. Cor. 7. v. 2. Hebr. 13. v. 4. (2) Apostolus Paulus à ministro Ecclesiæ eligendo & electo, ut sit, si singulari & extraordinario continentiae dono prædictus non sit, unius uxoris (non plutiū more Ethnico) maritus, & liberorum bene educatorum pater requirit. 1. Tim. 3. v. 2. 4. Tit. 1. v. 6. (3) Sancti V. & N. T. in officio Ecclesiastico constituti sine impedimento uxores habuerunt & liberos genuerunt Levit. 21. Exod. 6. v. 23. Luc. 1. v. 5. (vid. Chrysost. homilia 56. in Matth. sub finem) Matth. 8. v. 14. 1. Cor. 9. v. 5. Act. 21. v. 9. (vide Socratem lib. 1. hist. eccl. c. 8 & Sozomenum lib. 1. hist. Eccl. c. 23.) (4) Pontifices Romani legem cœlibatus vi. & armis Ecclesiæ obtrudentes (vid. Calixt. de Conjug. clericorum) toti orbis manifestarunt se esse illos de quibus Dan. 12. v. 37. & Paul. 1. Tim. 4. v. 3. vaticinati sunt, adde Coneil. vi. generalis can. 13.

*Nota*: Rident Pontificii B: Lutherum, quod Scripsit: *Conjugium esse aquæ necessarium ac edere & bibere*. Sed sine causa, nam hypothetica hæc Lutheri assertio commodam hanc admittit interpretationem: quam necessarium est, urgente appetitu cibi & potus non edere & bibere, tam necessarium est urgente libidinis æstu conjugium inire, ut ad corporis integratatem edere & bibere; ita ad animi quietem conjugem fieri necesse est.

lxvii. Num Ecclesiastici, eorumq; actiones & causæ civiles, atq; bona temporalia exempta sint à potestate ac Judicio & tributis Principum vel Magistratus secularis?

Neg: cont. Bell. l. 1. de Cleric. e. 28. seqq. Tomi 2.

Quia S. Paulus Rom. 13. v. 1. s. omnem animam potestatibus supereminentibus, & S. Petrus 1. Epist. 2. v. 13. 14. omnes Electos DEI inter quos etiam erant Presbyteri & Episcopi gregem Christi paſcentes e. s. v. 1. z. inferiori Magistratui proper Deum & conscientiam subiiciunt. Quod tamen limitatè intelligendum vid. Geth. T. 6. loc: de Magistr. Polit. §. 440. 460. & conf: D. Hulsem: in Breviario

viario c. 19. Thes: 23. Quod ad Tributum attinet, sunt Ecclesiastici iure humano positivo ab ordinariis pariter & extraordinariis contributionibus exempti. Excipitur tamen casus necessitatis, sed verae, summæq; ac prorsus inevitabilis; & tunc contribuere tenentur, non tamen ex accisis & vix ac ne vix quidem ad quotidianam vitæ sustentationem sufficientibus stipendiis; sed de superfluo, si quod habent, quod tamen apud plerosq; in nostris ministrantes Ecclesiis  $\ddot{\alpha}\Phi\alpha\tau\sigma$  factum. vid: Bald: de casib: confc: l. 4. c. 12. calu 14, pag: 1187. seqq: & in comm. ad Rom: c. 13 fol: 788. Gerh: loc: cit: Carpz: jurispl: consil: l. 2. T. 19. def: 309.

LXIX. Num in Conciliis soli Episcopi non autem Presbyteri habent suffragium decisivum?

Neg: cont: Bellarm: l. 1. de Concil. & Eccl: c. 15. Tom. 2. Quia in primo concilio Apostolico Act: 15. (ex quo fatente Bellar: l. 2. de concil. c. 2. §. Tertius locus; formam acceperunt omnia alia concilia) Non soli Apostoli sed & Seniores cum tota Ecclesia in communi causa sententiam suam dixerunt, & suffragia decisiva haberunt v. 6. 12. 22. 23. 25. 28. Adde, quod non solum primitiva Ecclesia Presbyteros & alios doctos ad publicum de fide Judicium requisiverit (vid. Hulf: in man: Aug: Conf: D. 19. à pag: 1287. ad 1296.) sed & Gratianus c. 36. q. 2. can: placuit, Hieronymi (Presbyteri) sententiam, quia munera erat testimonio divina Scriptura, anteponit Concilii decreto fatente Bellar: l. 2. de Concil: auct: c. 12. §. Dico z d.

Nota: (1) *Alia ratio est Conciliorum, alia Comitiorum*, in comitiis bonum Reip: politicæ temporale Procerum populi votis secundum normam æquitatis naturalis generaliter definitur; In conciliis autem bonum Reip: Eccl: spirituale votis Christianorum piorum & Doctorum secundum normam sacra Script: specialiter ventilatur & determinatur. (2) Pontificii verbis pro Judicio decisivo solis Episcopis venditando pugnant re ipsa id soli Pontifici Romano tribuunt, vid: Hulf: loc: modo cit: num: 7.

LXX. Num Romani Pontificis sit generale Concilium convocare, ac præsidere, & auctoritatem suam iis dare, easmq; infallibilem?

Neg: cont: Bell: l. 1. de Conc. & Eccl: c. 12. 19, & l. 2. de Concil: Auth: c. 2. Tom: 2.

Quia (1) Concilium primum Apostolicum Act: 15. v. 2. Non Petrus, sed Paulus & Barnabas ex mandato Ecclesiæ convocarunt, ut probabiliter colligitur ex v. 2. Jacobus direxit v. 13. seqq. Sp. Sanctus & tota Ecclesia auctoritate sua confirmarunt v. 22. 28. (2) Concilia primitive Ecclesiæ oecumenica non Papa sed Imperator Rom. convocabat, direxit & confirmavit, ut Joh. Hulsi in Man: Aug: Conf: Disp. 19. ex actis conciliariorum à Severino Binio collectis ad oculum probat. Addit, quod Concilia provincialia extra Romani Episcopi Diæcesin coacta, sine Romano Episcopo jure convocata, recta & confirmata sint, ut concedit ipse Bell: l. 1. de Conc. & Eccl: c. 20. §. Ad quartum dico. (3) Infallibilitatem Romani Pontificis, jam supra controversia 7. & 59. confutatam, Patres Conciliariorum Constantiænsis (Sess: 4.) & Basileensis (Sess: 2.) aliiq; saniores Pontificii nobiscum confutant, dum Pontificem Judicio Concilii subiiciunt, & ipsum jus Canon: dum dist: 40. c. si Papa: Papam judicio Ecclesiæ subiicieadum esse statuit, si reprehendatur à fide devius.

zxx. Num Concilium Tridentinum habitum anno M. D. XLV. & seqq: sub Paulo III. Julio III. ac Pio IV. fuerit Legitimum, Oecumenicum, Sacrosanctum & Infallibile?

Neg: cont: Pontificios communiter hisce titulis hoc Concilium ornantes & ut infallibilem controversiarum fidei normam venerantes, ut ex Bullâ Pii IV. Super formâ jur. profess. fidei patet.

Non fuit (1) Legitimum, quia Pontifex Romanus Reus in eo erronea sua placita perjuratos suos ministros, non admissa disquisitione, nec audita altera parte violenter & fraudulenter definitivit, & bruto anathematis fulmine munivit. (2) Oecumenicum, quia præter eos, qui Pontifici Romano ad haererunt, nulli orbis Christiani Episcopi vel Laici admissi & auditisi sunt. (3) S. Sandum, quia fastus & luxus horum Synodicorum tantus fuit, ut Episcopus Aliphensis (Sess: 23. hist. Concil: Trid: Petri Snavis, pag: 825. Edit: Franf. 1621.) in Concilio publice dixerit: Multò melioribus esse Haereticos quam Catholicos moribus. (4) Infallibile, quia falsitatem ejus ex Pontificiis Episcopi, qui in Concilio singulis ferè decretis contradixerunt, declararunt & ex nostris Chem: & alii, qui decreta ejus ad normam verbi divini & testimonium antiquitatis Ecclesiastice examinarunt, toti orbi detexerunt. vid: Joh. Hulsi hæc & alia in manuali Aug:

Conf:

**Conf. Disp. 19.** ex Historiographis Pontificiis sufficienter probantem, & confer nostrorum Theologorum tractatum Germanicum de causis cur Protestantes non potuerint nec debuerint comparere in Conc. Trid. Tübinger 1583. in 4. exc.

**LXXI.** Num præter & supra præcepta DEI sint aliqua Consilia perfectionis, hominibus commendanda, ut cœlibatus perpetui, spontanea paupertatis, & obedientiae erga Prælatum; & quæ singularem apud DEUM merentur gloriam?

Neg: Cont: Bell: l. 2. de Monach. c. 7. 8. 9: seqq. Tom. 2.

Quia (1) Autor legis tantum ea quæ præcepit sine ulla additione fieri vult. vid: Deut. 4. v. 2. &c. 12. v. 32. (2) Lex ipsa omnes interiores & exteriores hominis vires perfecte & absolute requirit, vid: Deut. 6. v. 5. Luc. 10. v. 25. Conf: Aug: l. 1. de doctr. Christi. c. 22. (3) Servus imperfecte & ex debito operans nihil propriè apud Dominum suum meretur vid: Ecclesi. 7. v. 21. Luc. 17. v. 10. Adde Esai. 64. v. 6. Psal. 32. v. 6. Matth: 6. v. 12.

**LXXII.** Num vota Monastica & Status, & Habitus Monachorum singularis ille & varius, peculiaris sanctitatis causa probari debeant?

Neg: Cont: Bell. l. 2. de Monach; à cap. 14. usq; ad finem libri Tomo 2.

Quia cultus Electi DEO non placet vid: Esai. 29. v. 13. Matth. 15. v. 9. **Addere**, quod necessaria rerum impossibilium & adiaphoratum observantia, vana meriti opinio, falsa sanctitatis gloria &c. monachatum papalem DEO & hominibus reddiderint odiosum, & monachatum pristinum in superstitionem Phariseisnum transmutarint.

**LXXIII.** Num ad sacramenti administrandi efficaciam & perfectiōnem necessariō requiratur intentio ministri, ut sine ea inefficax sit?

Neg: cont. Conc. Trid. Sess. 7. can. 11. & Bell. l. 1. de sacra in genere c. 27. 28. Tom. 3.

Quia ut verbi ita & sacramentorum integritas & efficacia, non à Ministri secundum institutionem divinam administrantis fide & qualitate, sed à solius DEI instituentis virtute & veritate dependet. Phil. 1. v. 15. 19. Exod. 4. v. 25. 26. Conf. Rom. 11. v. 29. &c. **adde** quod stante hac Pontificiorum hypothesi omnis pereat de veritate & effi-

efficacia sacramentorum certitudo, nemo enim potest esse certus de intentione alterius.

*Nota* (1) Nos cum B. Lutherō intentionem sanctam & seriam ad fidelitatem ministri non ad integratē sacramenti requiri mus, & docemus cum scriptura Col. 2. v. 12. & c. ipsius verbi vel Sacramenti ad excitandam fidem requiri efficientiam. (2) Bellarm. scipsum suo gladio jugulat, dum tantum virtualē intentionē in sacramentorum administratione requiri afferit, virtualis enim intentio, quæ paulo ante forsitan fuit in præsenti non est intentio. (3) Orthodoxiam nostram de intentione ministri ad integratē & efficaciam sacramenti non necessariā defendit ex Pontificiis Ambr. Catharinus, vehemens alias B. Lutheri adversarius, teste ipso Bellarmino loco cit: & Episcopus Minoensis in ipso concilio Trid. teste Petro Suavi Polono in hist. C. Trid. p. 267.

lxxiv. Num Sacraenta conferant gratiam ex opere operato, sive ex ipsius actionis externæ & sacramentalis vi, ut causa propria, vera & immediate illam efficiēt?

Negat Author hoc equidem loco directè contra Pontificios (& quidem specialiter contra Conc. Trid. Sess. 7. can. 8. & Bell. l. 2. de effect. Sacr. c. 1. seqq. Tom. 3.) At per latus horum etiam Evangelicos pungit, ut patet ex ejus Instit. c. 15. de Sacram: Th. 16. p. 602.

Nos contra Pontificios & Calvinianos dicimus (1) in genere Sacraenta sunt organa à DEO ordinata ipsam gratiam unā cum causa gratiæ meritoria & fide salvifica ex DEI ordinatione & seria intentione utentibus iis offerentia, conferentia & obsignantia. (2) in specie contra Calvinianos Sacraenta vera efficacia & universalia gratiæ media esse negantes: Sacraenta N. T. Baptismus & Cœna Domini omnibus & Singulis hominibus iis utentibus tam fidelibus & dignis quam infidelibus & indignis bona cœlestia in verbis institutionum expressa, mediantibus signis visibilibus ex seria DEI intentione & infallibili promissione efficaciter & indifferenter offerunt & exhibent, vid. Matth. 28. v. 18. seqq. Gal. 3. v. 27. Matth. 26. v. 26. seqq. 1. Cor. 12. v. 13. & Conf. Matth. 11. v. 28. Rom. 11. v. 29. 32. (3) In specie contra Pontificios Sacraenta N. T. ex opere operato h.e. vel sine devotione.

uten-

utentis, juxta veteres, vel sine fideli influxu activo, juxta recentiores  
gratiam conferre affirmantes: & sacramenta N. T. Baptismus &  
Cœna Domini infidelibus & indignis (h.e. sine vera & salvifica fide  
sumentibus) gratiam & salutem nec conferunt, neq; obsignant,  
sive Sacraenta utentibus sine vera fide non prosunt sed obsunt  
vid Marc. 16. v. 16. 1. Cor. 11. v. 27. seqq. conf. Hebr. 11. v. 6. Rem.  
14. v. 23. Vide contra Calv. deficientes Grauerum & Menzerum ad  
art. 5. & 13. Aug. Conf. nec non Danhauerum Myster. p. 97. & 785.  
seqq. contra Pontificios excedentes Chem. p. 2. Ex. C. Trid. à pag. m.  
39. Huls. in Man. Aug. Conf. Disp. II. à pag. 46 I.

*Nota:* Nos requirimus fidem h. e. noticiam, assensum & ap-  
prehensionem fiducialem non ad sacramenti efficaciam in actu  
primo, sed ad salutarem fructum, & quidem in adultis ut orga-  
num activum ad activitatem hanc à DEO ordinatum.

LXXV. An sint duo Sacraenta S. Baptismus & S. Cœna?

Aff.

Quia in hisce duobus tantum inveniuntur essentialia sacramenti  
propriissimè dicti requisita: Elementum sc. visibile à DEO in N. T. or-  
dinatum & verbum institutionis cum adjecta promissione de gratia  
peccatorum remissione toti Ecclesie communi; vide de Baptismo Matth.  
28. v. 18. seqq. Marc. 16. v. 16. De Cœna Dom. Matth. 26. v. 26.  
seqq. 1. Cor. 11. v. 23. seqq. conf. 1. Cor. 12. v. 13. 1. Joh. 5. v. 8. &  
*Nota.* Ad sacramentum propriissime dictum requiri elementum vi-  
sibile, contra Pontificios probamus (1) *Deductione ad absurdum*, hoc  
epim non requiro dati possunt præter septem à Pontificiis enumera-  
ta Sacraenta non pauca alia, ut concio vel lectio verbi omniaq;  
alia gratia invisibilis sensibilia media & signa. (2) *Testimonio antiqui-  
tatis:* *Accedat verbum ad Elementum & sit Sacramentum, etiam ipsum  
tanquam visibile verbum.* Inquit Augustinus tract. 80. in Joh.

Num vero septem & præter illa duo quoq; Confirmatio, Paenit-  
itia, Extrema uincio, Ordo & Matrimonium?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 7. can. 1. & Bell. l. 2. de Sacram. in  
genere c. 24. Tom. 3.  
Quia quivis videt his non competere modò enumerata sacramenti  
propriissimè dicti requisita; Dicimus igitur cum Augustino l. 3. de  
doctr. Christian. c. 9. ubi de differentia signorum V. & N. T. agens

F

ait

at: Quodam pauca pro mulier, eademq; saltu facillima & intellectu au-  
gustissima, & observatione castissima ipse Dominus & Apostolica tradi-  
dit disciplina, sicuti est Baptismi Sacramentum, & celebratio corporis &  
sanguinis Domini.

*Nota:* I. Apologia Aug. Conf. de numero & usu Sacra-  
mentorum p. 200. ab solutionem seu penitentiam inter Sacra-  
menta verè & propiè dicta referens, vocem sacramenti sumit latius pro  
quovis ritu habente mandatum DEI & promissionem gratie. Ali-  
as voce hac propriissime summa Sacramentum non est, quia (1)  
Communis est V. & N. T. (2) caret Elemento visibili à Christo  
ordinato (3) Fidem non confert nec confirmat, sed ut partem.  
continet. II. Bell. l. cit. c. 25. Magistrum sententiarum, qui vi-  
xit seculo 14. ut primum numeri Sacramentarii pro ditore citat  
& cap. 26. Congruentias Scholasticorum pro septenario sacramen-  
torum numero levia esse dicit. xxxii  
LXXXVI. Num Baptismus ad salutem sit medium absolute necessarium,  
adeò ut qui eo, neq; sua culpa caret, ideo in æternū condemnetur?

Neg. cont. Jes. Bavar. in colloq. Ratisb. p. 34. & Bellarm. l. 2. de  
purgatorio, c. 6. Tom. 2. & l. 1. de Sacramento Baptismi c. 4. Tom. 3.  
Quia non privatio sed contemptus sacramenti dannat. August. contra  
Donat. l. 4. c. 22. 24. Bernhard. Ep. 77. ad Hug. de S. Victore Tom.  
4. operum Parisiis 1645. excus. adde quod teste Concil. Trid. sess. 6.  
c. 4. translatio hominis ex statu filii Adæ in statum filii DEI voto Ba-  
ptismi fieri possit & fatente Bell. l. 6. de grat. & lib. arb. c. 3. §. Ad  
Sextam Approbatio Baptismi, quem quis se accepisse utq; habere censer,  
par sit voto Baptismi, & ad salutem aeternam perducere posse.

*Nota:* Loca, quæ pro necessitate Baptismi ab adversariis adducuntur  
nihil aliud probant, quam Baptismi necessitatem ordinariam ex parte  
nostræ, & non tollunt operationem extraordinariam ex parte DEI  
potenter & liberè agentis, vide Ephes. 3. v. 20. March. 18. v. 14. &  
adde hæc Bell. l. 2. de Sacram: eff. c. ii. §. Ad confirmationem dico,  
DEI non esse alligatum Sacramentis, sed contra, sacramenta esse al-  
ligata DEO: Nam DEI potest sine Sacramentis justificare, Sacra-  
menta sine DEO non possunt.

LXXXVII. Num licet aliquando quibusvis etiam Baptizare, sive vi-  
tis, sive fœminis?

Neg.

Neg. Aut: hic & in Inst. c. 25. th. 14. p. 592. 593. 594. sed male.

Quia ut informare ita etiam extraordinariè & privatum in extremæ necessitatibus casu baptizare nulli seu viro seu fœmina in Christiana religione rectè instituto interdictum, sed potius concessum legitimus vid. Act. 18 v. 2. 26. I. Pet. 2. v. 9. adde, quod mulieres in V. T. sine reprehensione Domini circumcididerint, conf. Exod. 4. v. 25. I. Machab. I. v. 63, cum Collos. 2. v. 11. & Laici in N. T. cum approbatione Sanctorum Patrum baptizarint, vid: Concil. Eliberti. num c. 38. Tertull. de Baptismo c. 17.

LXXXIX. Num Baptismus administrari debet sub istis ceremoniis signandarum crucium in fronte, & in pectore, exorcismo, exsufflatione, gustu salis, tangendis salivâ naribus, atq; auribus, ungendo pectore & scapulis oleo, & chrismate in vertice, & accenso cereo in manus baptizati tradito?

Neg: Aut. (cont. Concil. Trid. Sess. 7. can. 8. de Baptr. & Bell. I. l. de Baptr. c. 8. 25. seqq. Tom. 3.) & quidem hactenus rectè quatenus Protestantibus sub necessitatibus opinione obtruduntur. Quia Nullo mandato divino ad eas necessario observandas obligamur, ceremonias igitur medias & utiles liberè retinemus, superstitiones & inutiles licite reicimus.

Nota: Exorcismum ceremoniam V. Eccl. perveruistam & adiaphoram, abrogatis per conciones superstitione cultus & opinione necessitatis, ad Ecclesiae ædificationem liberè observamus.

LXXIX. Num cognatio aliqua spiritualis oriatur ex Baptismo, inter susceptores de Baptismo & Baptizatum ipsiusq; Parentes nec non inter Baptizantem & Baptizatum, hujusq; parentes, quæ inter eosdem impedit matrimonium?

Neg: cont. Bell. I. l. de Sacram. matrim. c. 25. & 30. Tom. 3. Quia nihil aliud nisi aureum rete est ad opes mundi capiendas præter & contra normam verbi divini confectum, vid. Matth. 23. v. 8. & I. Cor. 7. v. 12. 15.

LXXX. Concupiscentia mali etiam in baptizatis & justificatis malâ & peccatum est.

Contra Concil. Trid. Sess. 5. de pecc. orig. c. 5 Bell. l. 5. de amiss. grat. & Statu pec. c. 5. seqq. Tom. 4. & I. l. de Baptr. c. 12. Tom. 3.

peccatum, quia *avōpia* Rōm. 7. v. 7. 21. 23. 1. Ioh. 3. v. 4. Mal<sup>4</sup>,  
quia execrabilis. Gen. 6. v. 5. Gal. 3. v. 10.

*Nota:* Status hujus controversie est hic: an concupiscentia originalis, & ejus motus involuntarii absolute & inse considerati legi DEI repugnant & licet actu renatos non damnent, in se tamen talis sint, ut actu eos damnare possint. Quod Pontificii negant, Protestantes contra Pelagianos cum Concil. Milevitano & S. Augustino ex dictis præprimis rationibus affirmant, conf. Cas- sand. in Consult. art. 2 & Hist. C. T. Pet. Svavis p. 195. seq.

LXXXI. Num *Baptismus, Confirmatio, Ordo*, imprimant in anima Characterem indelebilem, sive realem & absolutam aliquam qualitatem, qua quis aptior reddatur ad cultum divinum, configureretur Christo, atq; distinguatur ab aliis?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 6. de Sac. in gen. can. 9. Bell. lib. 2.  
de effect. Sacram. c. 19. seqq. Tom. 3.

Quia characterem esse ponendum nec ratio necessaria demonstrat, nec evidens autoritas probat fatentibus Biele in 4. sent. dist. 6. quest. 2. Scoto ib. quest. 9. Cajetano part. 3. quest. 63. art. 1. Nec negantibus Valentia tract. de effic. sacr. novæ legis c. 6. Tannero Theol. Schol. Tom. 4. Disp. 3. quest. 3. dub. 7. Bell. loc. cit. propos. 1.

*Nota:* Bell. l. 3. de Eccles. c. 4. sub finem Tom. 2. ait. Charact- rem neq; interius, neq; exterius hominem unire cum Christo & Ecclesia: Non exterius, cum sit res invisibilis; Nec interius, cum non sit actus, nec habitus operativus; Stante hac assertione Beklarminiana loca Scripturae de copiosa collatione & obsignatio- ne Sp. sancti agentia à Bell. loc. sup. cit. c. 20. impertinenter pro charactere Pontificio adducuntur.

LXXXII. Num verum Jesu Christi corpus & sanguis corporaliter ac substantialiter præsens adsit in Sacramento Cœna, per totalem substanciam panis & vini in corpus & sanguinem Christi conversionem, si- ve transsubstantiationem?

Negat Aut. atq; hanc suam negativam hoc equidem loco di- rectè Pontificiis opponit, tacite tamen etiam orthodoxos, quos in Inst. c. 15. de Sacram. th. 22. pag. 618. 619. consubstanti- atorum seu impanatorum nomine traducit, oppugnatum. Nostræ Ecclesiæ(1) contra Calvinianos cum Authore nostro rem cele- stem ex cœna Domini removentes docent ipsius Christi corporis & san- guinis

guinis Substantialem in sacra Cœna præsentiam, ita sc. ut vi verbo-  
sum testamentariorum cum pane benedicto, tanquam medio divi-  
nitus ordinato, ipsam præsentissimam corporis Christi substanti-  
am, & cum vino benedicto, tanquam medio divinitus ordinato,  
ipsam sanguinis Christi substantiam præsentissimam quivis cœlestis  
epuli conviva ore corporis, modo licet hyperphysico & inperve-  
stigabili, verè tamen & realiter manducet ac bibat. Principale,  
quo orthodoxiam hanc suam confirmant, argumentum, petunt ex-  
verbis Instit. de quo alibi. (2) Contra Pontificios cum Conc. Trid. Sess.  
23. de Sacram. Euch. c. 4. can. 2. & 4. Bellar. I. 3. de Sacram. Euch.  
c. 18. seqq. Tom. 3. Rem terrestrem ex Sacramento Cœna tollentes: Pa-  
nem & vinum post consecrationem quoad substantiam manere, quia  
Paulus poculum benedictum vocat communicationem sanguinis  
Christi & panem consecratum communicationem corporis Chri-  
sti, vid. I. Cor. 10. v. 16. 17. c. II. v. 26. 27. (3) Has propositiones Sa-  
cramentales, *Hoc est corpus meum*, *Hoc est sanguis meus*, ut commu-  
nes propositiones exhibivas, *Hoc est vinum Rhenanum*, *hoc est pe-  
tunia tua* (*Salvis tamen prærogativis illarum*) hoc modo explicam-  
mus: *Hoc* (i. e. corpus mediante vel cum hoc pane ex hibitum) *est cor-  
pus meum*: *Hoc* (i. e. sanguis mediante vel cum hoc vino exhibitum.)  
*est sanguis meus*. Hac Simplici observata interpretatione perit tran-  
substantatio Papistica, & in fumum abeunt tropi Calvinistici.

LXXXIII. Num Sacramentum cœnae celebrandum sit in pane azymo  
& hostioliis orbiculatis?

Negat Aut. hic & in Inst. c. 15. de Sacram. th. 2x. p. 611. seqq:  
Nos dicimus (1) generaliter, adhibitio panis azymi & placentula-  
rum orbiculatarum in administratione cœnae est res in se libera & a-  
diaphora, quia in S. Script. non habemus de ea ullum mandatum.  
(2) de pane azymo specialiter: panem azymum præ fermentato libe-  
re in administratione Cœnae adhibemus, quia Christus eum in pri-  
ma cœna adhibuit. Conf. Matth. 26. v. 17. cum Exod. 12. v. 15. 16.  
17. 18. 19. & addit. Auth. in Inst. loc. cit. § wal. de his. Casaubonum.  
Exerc. 16. ad Annales Baron. num. 12. (3) de placentulis orbiculatis  
specialiter: Hostias, ut vocant, orbiculatas in administratione cœ-  
nae liberè toleramus, quia sunt *veru panis*, constant enim ex farina  
& quidem triticea & aqua rite inter le permixtis, & calore ignis ad  
masticabilem & nutritivam consistentiam redactis, ut ex experien-  
tia patet.

**LXXXIV.** Num in Sacramento Cœnæ fiat *Missa*, id est, sacrificium verum & expiatorium pro peccatis vivorum & mortuorum, atq; impetratorum omnis generis beneficiorum, DEO q; à Sacerdote in altari offeratur Corpus & Sanguis Christi sub specie panis & vini jam publicè, missâ publicâ, jam privatim, privatâ, ubi solus communicat Sacerdos?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 22. per tot. & Bell. de Missa l. 1. & 2. Tom. 3. imprimis autem lib. 1. c. 5.

Quia Scriptura N. T. tantum unius sacrificii propitiatorii ab uno N. T. Sacerdote Christo Jesu in ara crucis semel oblati meminit, conf. Hebr. 9. v. 28. c. 7. v. 27. cum Hebr. 10. v. 14. 1. Petr. 3. v. 18.

**LXXXV.** Num in S. Cœna necessarium sit vinum aquâ misceri?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 22. cap. 7. can. 9. & Bell. l. 4. de

Sacram Euch. c. 10. & 11. Tom. 3.

Quia tantum de vero vino genimine vitis ex uvis expressio extat mandatum Domini, Matth. 26. v. 27. 28. 29. Luc. 22. v. 17. 18. 20. Addit. quod Alexander I. Papa teste Platinâ in vita ejus pag. m. 14. & Polydoro Virgilio de Inventor. rer. l. 5. c. 10. p. m. 446. mixtionem hanc primum instituerit.

**LXXXVI.** An in Sacramento cœnæ singulis fidelibus & communicantibus, non panis solum, sed etiam vinum, utraq; sacramenti pars tradenda?

Aff. cont. Conc. Trid. Sess. 21. can. 1. 2. 3. & Bell. l. 4. de Sac. Euch. c. 20. seqq. Tom. 3.

Quia ut panis ita & vini benedicti usum Christus in verbis Institutionis omnibus adultis fidelibus mandavit, Matth. 26. v. 27. 28. Marc. 14. v. 22. 23. Luc. 22. v. 19. 20. Paulus ex traditione divinâ toti Ecclesiae Corinthiacæ commendavit l. Cor. 11. v. 23. seqq. 1. Cor. 10. v. 16. seqq. Primitiva Ecclesia observavit, farentibus Conc. Constantiensi Sess. 13. Trid. Sess. 21. c. 2. Papæ Romani Leo I. sermon. 44. & Gelas. apud Gratian. de consecr. dist. 2. c. comperimus ut sacrum damnarunt.

*Nota.* Inter Institutionem & Præceptum, quo præcipitur modus actus seu qualiter actus fieri oporteat, nihil est discriminis.  
**LXXXVII.** Num Sacramentum cœnæ ad adorationem ostentari & servari extra usum debeat?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 13. c. 5. can. 6. & 7. Bell. l. 4. de  
Sac. Euch. c. 29. Tom. 3.

Quia

**Quia de mandatione & bibitione, non de ostentatione & affir-  
matione ad adorationem extra usum extat mandatum Domini adde-  
quod Sacramentum extra usum seu actionem divinitus institutum  
non sit Sacramentum.**

**Nota:** Non visibilia Elementa panis & vini, sed Christum se-  
cundum utramq; naturam in sacramento cœnæ peculiari modo  
præsentem ubiq; in spiritu & veritate piè adorari, & flexione ge-  
num cordis & corporis licet colli posse & debere, cum S. Script.  
Antiq. Ecclesiasticâ & Form. Conc. ejusq; decl. art. 7. statuimus,  
lxxxviii. Num in Inferno sit locus aliquis seu limbus Patrum, quo fi-  
deles V.T. fuerunt detenti usq; ad adventum Christi, & limbus infan-  
tum absq; baptismo hic decedentium; & Purgatorium animis non  
satis in hac vitâ purgatis à peccatis plenariè per pœnarum satisfactio-  
nem expurgandis?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 2. decret. de Purgatorio. Bellar. de  
Purgator. lib. 1. & 2. Tom. 2.

Quia S. Scriptura 1. Duo tm. hominum in hac vitâ genera, fideles &  
infideles, & duo tm. post hanc vitam receptacula, cœlum & infernum  
docet, vid. Marc. 16. 16. Luc. 16. 22. 23. 2. Purgatorium & limbos Pa-  
trum ac Infantum ignorat, vide Ephrem Syrum Tom. 1. Tract. de  
mani. Beat. Augustinum 1. alium vetustum auth. lib. 5. Hypogn. cont.  
Pelagium. 3. Purgatorium & Limbos utrosq; refutat, dum plenari-  
am peccatorum expiationem & remissionem inculcat, & omnes fi-  
deles immediatè ex hac vitâ in æternam transire afferit. vid. Heb. 7. 25.  
Rom. 8. v. 1. & Apoc. 14. 13. Sapient. 3. 1. adde cont. Limbum Pa-  
trum 2. Reg. 2. ii. Matth. 17. v. 3. seqq. cont. Limbum infantum 2.  
Sam. 12. 18. 23. cont. Purgatorium Luc. 16. v. 22. Luc. 23. v. 41. 42.  
cont. omnia tria receptacula Joh. 5. v. 24.

lxxxix. Num. pro defunctorum animis instituenda sint, iisq; prosint  
suffragia vivorum, opera quælibet penalia & satisfactoria quæ ap-  
pellant orationes, eleemosynæ, jejunia, peregrinationes, missæ &c?

Neg. cont. Bellarm. lib. 2. de Purgator. cap. 15. seq. Tom. II.  
Quia hæc opera ratione hujus finis sunt eleætitia, inutilia & injuriosa,  
eleætitia, quia in S. Scriptura nullum de iis extat mandatum, promis-  
sum aut exemplum. Inutilia, quia neq; beatis summè felici-  
bus, neq; damnatis summè miseris prodefesse possunt, medios cum  
Scriptura ignoramus. Injuria, quia virtutem satisfaciendi justitia  
divina

div. pro peccatis, loli merito Christi propriam sordidis hominum  
egenorum operibus tribuunt. Vide Hieron. ad Gal. c. 6. v. 4. & 5.  
xc. Num Papa Rom. possit aliquos canonizare, sive in numerum  
sanctorum referre, & facere invocandos?

Neg cont. Bellarm lib. 1. de Sanct. Beatit. c. 8. seqq. Tom. 2.

Quia hæc canonizatio sanctorum ad invocationem electitia nova  
incerta & injuriosa, *Electitia*, nullum enim invenitur de eâ in S. li-  
teris vestigium. *Nova*, Primus enim Pontifex qui sanctos legatur  
canonizasse Bellarmino loc. cit. videtur fuisse LEO III. Papa, qui  
qui sub init. sec. viii tempore Caroli M. vixit. *Incerta*, quia censor  
& testes possunt fallere & falli, vide Canum l. s. L. C. cap. 6*Injuriosa*,  
quia honorem invocationis soli DEO proprium sanctis tribuit.  
xcii An Reformati justas habuerint causas, & vocationem legitimam  
ad reformandum Papatum?

Affirmat Autor de Reformati suis. Nos de orthodoxis seu Evan-  
gelicis potiori jure id assertimus cont. Adrian. & Petrum Fratres de  
Walenburch Batavos in lib. de unitate Eccl. & scismate.

Quia quivis ordinarius Ecclesiæ Pastor & Doctor vi officii & man-  
dati divini se erroribus in Ecclesia deprehensis opponere & verita-  
tem cœlestem defendere tenet vid. Matth. 7. v. 15. Marc. 13. v. 22.  
23. & conf. Act. 20. v. 29. 30. 31. Tit. 1. v. 9. 10. II.  
xci. An etiam causas satis graves se à Papatu segregandi?

Aff. contra, Fratres supra citatos. loc. cit.

Quia (1) horrenda mixtura fundamentalium errorum cum doctrina  
& variarum superstitionum & Idolatriæ, cum vero DEI cultu. (2)  
Violenta obtrusione fallæ doctrinæ & salvi cultus. (3) Publica excom-  
municatione & manifesta tyrannide Pontificis Rom. compulsa à Pa-  
patu, ut insanibili veræ Ecclesiæ ulcere jussu DEI & Exemplo Apo-  
stolorum animo & corpore secedere debuerunt. vid. Jer. 51. v. 9. A-  
poc. 18. v. 4. & conf. Rom. 16. v. 17. Tit. 3. v. 10. Corn. Mussus Episc.  
Bitont. conc. Evang. P. 1. fer. 5. Dom. iii. in quad. p. 364. His Patres  
Conc. Trid. alloquitur. Unde existimatis natas istas discordias interbus  
fidei, intestinas rupturas istas, ista Schismata, que durant usq. in presentie  
diem? Nisi ex eo, quod oculos nostros neg. in DEUM, neq. in animarum  
salutem, sed in ambitionem, in avaritiam, in vanam gloriam, in contenti-  
onem pleriq. conjecterunt, ex eo quod cedere nunquam, vincere semper vo-  
luerunt, quod Φιλαρχίας & Φιλονικίας (ut verbis utar Gregorii  
Nazianzeni.) sibi proposuerunt. Verum ab adversario alias  
veritatis pro veritate testimonium.

**S**i Pietas, Probitas, Doctrina, Modestia, Candor,  
Ullum commendant Juvenem,  
RÖLINGIUS illis  
**C**eu rutilo fulget diadema. Testor Athenas  
**V**arniacas : omnes testor virtutis amantes.  
**E**rgo illi cur non scandenti pulpita grater?  
**S**it felix, quod conaris, laudabile, amice,  
**F**actum ! succedant ad votum singula! Fiat!

*Eruditissimo Dn. Autori Respondenti, Auditori suo bactenus solertissimo, amico in primis amplectendo, gratulab. scr.*

**CHRISTIANUS Rorthofse/D.**

# CHRISTIANUS

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn740039687/phys\\_0052](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740039687/phys_0052)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn740039687/phys\\_0053](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740039687/phys_0053)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn740039687/phys\\_0054](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740039687/phys_0054)

DFG

LXIV. Num debeant esse distincti & sacri Ecclesiasticorum in Ecclesia, Cardinalium, Thorum, Subdiaconorum, Canonicorum?

Neg: cont. Concil. Trid. cap. 2. c. II. Tom. 2.

Quia (1) S. Scriptura tantum Episcopos Diaconorum meminit, & numerum gradus definivit. (2) Primitiva Ecclesia diversim numeravit, quosdam ordines nunc in P. ordines consuetudine introductos pro ratione classificationis liberè observavit ac mutavit, Trid. part. 2. de sacram. ordin. p. m. 394.

LXV. Num Electio Pastorum in Ecclesia plebem, neq; ejus consensu hie requirat, los spectet Episcopos, atq; potissimum quo ut capite omnis Ecclesiasticus ordinis Episcopos & Pastores derivetur?

Neg. cont. Conc. Trid. Sess. 23. c. Pont. c. 22. 24. Tom. I. & lib. I. c.

Quia (1) Christus omnem potestatem nibus Apostolis & eorum successoribus 21. 23, dederat Matth. 18. v. 18. toti Ecclesiae. (2) Apostoli & Patres primitivæ Ecclesiae suffragia populi elegerunt. vid. Act. I. v. 15. an: lib. I. Epist. 4. Theodoret. l. 1. hist. eccl. conf. Decretal. Gregoril. I. T. 6. canonico mandato tenetur bonos pastores reiicere & averlari Matth. 7. v. 15. Act. I. Joh. 4. v. 1. adde Ephes. 4. v. 12.

Nota: Papizant etiam hic quodammodo Batavis. soli statui clericali jussu Ecclesiae rapientes, citati & notati à D.

s. P. 347.

LXVI. Num Jure & recte personis Ecclesiastibus cœlibatus?

ricorum seu  
m, Acolu-

. I. de Cler.

terorum &  
num nullibi  
eclesiasticos  
ignoravit &  
, loci & z-  
Ex: Conc.

pertineat ad  
otum ad so-  
omanum à  
o in cæteros

. 4. de Rom.

Tom. 2.  
quam om-  
3. Joh. 20. v.  
ctu tribuit,  
Ecclesiae per  
v. 22. Cypri-  
. 5. c. 9. &  
Populus di-  
care & lupos  
Gal. 1. v. 8.

uci è Refor-  
ndi Pastores  
ar. c. 19. th

retur perpe-

Neg.

